




¶ Ecclesiastica hy=
storia Eusebij Cesariensis

viri de vita ac literis optīe
meriti: que tum iniuria tē=
porū tum in curia calcogra
phorum penitus obsolesce
bat: sūma fide recognita:
pristineqꝫ integritati resti=
tuta in lucem educta est cuꝫ
indice principalium senten
tiarum hac in excellen=
ti hystoria contenta=
rum serie alpha=
betica adamus=
siꝫ collecto
ꝛ emen=
dato.









Gaufridus Boussardus theologorum minimus: domino Stephano poncher iuris pontificij pariter et imperatoris interpreti Celeberrimo omniumque bonarum litterarum amantissimo: atque in amplissimo galliarum senatu presidenti dignissimo. S. P. D.



Ecclesiastice hystorie vtilitatē pariter et amenitatem mecū reputans clarissime vir eamque iam apud bibliopolas perinde ac non extaret nusque reperiri Imprimendam curaui a nobis primum diligentissime castigatam. Et si enim superioribus annis impressa fuisset mendae tamen quibus abunde nimis respersus erat codex cum in notis signis: et punctis tum in ipsis vocabulis et integris sententijs plerosque litterarum amantes iure ab eius lectione deterrere poterant et legentes non parum offendere. Huius misertus volens rei litterarie simul et studentium collegio vel hoc in vno consulere accipio eam in manus: et recondes me penitus lego relego: percurro. Multisque exemplaribus et archetipis quos ex varijs conquiro bibliothecis conferens: castigo et emendo quoad possum accuratissime: non sententias modo sed singulas pene syllabas discutiens. Addo indicem siue (vt vulgo dicitur) tabulam: ordine elementorum seruato: qua monstrante: quicquid ea in hystoria continetur: quantumuis exile vel abditum modo sit cognitu dignum lector facile inueniet. Hanc hystoriam cōposuit Eusebius Cesaree palestine episcopus cognomento pamphyli: vir humanarum diuinarumque litterarum eruditissimus: et sacre bibliothece diligentissimus peruestigator. Qui tamet si impias arrij partes aliquando secutus sit: tandem tamen ad ecclesie sinum rediens: nicene synodi fidem non modo sincere falsus est: sed publice fortiterque defendit. Eusebius igitur iste hac in hystoria antiquitatem et exordia gentis nostre religionisque texens nascentē pulchre describit ecclesiam: quam a condito euangelio per omnem suam etatem circū ducens: ad constantinum imperatorem scribendo peruenit queque suis reddēs temporibus. Sicque eam varijs subinde aspergens hystorijs tam amenam tam que iucundam reddidit: vt omni ex parte lecta animum tuum quamtumuis mestum leuare et vegetare valeat. Inter multas que res ecclesiasticas tractauere ecclesiastice hystorie appellationem iam apud omnes sibi vendicat: hac vt arbitror ratione quod cum ferre primo post christum tempore fuerit per eusebiū conscripta: ecclesie acta reique ecclesiastice seriem et elegantius: et ordinatius: et religiosius extat. In ea videre est beluinas gentilium in nostros feritates: diras tyrannorum persecutiones inuictas martyrum constantias: fortes christianorum confessiones: nostrorumque episcoporū reuera acta magnifica: aliaque id genus innumera tam pulchra et tam iucunda: vt si hāc semel legendo quis fuerit aggressus: tanta eum capiet in ea legenda voluptas: vt non legere modo sit contentus: sed et relegere non semel neque bis sed sepius desideret: et cupiat vltro. Id enim precipui supra ceteras tibi lectori prestabit. quod cum eam millies relegeris: nunquam lectio eius fastidium: nunquā tibi nauseam faciet: quin potius: quo sepius eam relegeris: eo auidior ad eam iterum legendam certatim curres. Id (vt interim de rerum vbertate quas complectitur sileam) existimo prestare sermonis culturam: que tanta est vt cum greca sit hystoria: mirum sit tantam in vertēdo venustatem seruasse rufinum. Rufinus enim aquileiensis presbyter vtriusque lingue peritissimus grecum eusebium latinum fecit iacentemque nostrorum auribus contradidit. Nec id modo: sed et nouem illius

duos posteriores addidit libros:partim ex maiorum traditionibus: partim ex his que rerum experimento didicerat:ab se pari cultura compositos. Hunc ego laborem meum quam tuluscunqz est tibi dicandum putaui eruditissime vir. non quot putem tam egregium opus te fugere quippe quem sepius ipse audiui ex archanis abditissimisqz huius hystorie latebris:multa pclara magna cum maiestate depromere. Sed id eo animo facio. Cum quot preter insignes animi tui dotes:quibus plurimum ornaris orbiqz nostro cantatissimis es:nō iura tantū imperatoria aut pontificia vt mile legulei superba ignorantia turgidi densissimis agminibus pallacij strataz frustra girendo terentes:sed diuinas humanasqz omni generis disciplinas libēter legis:earumqz amantes nescio qua innata tibi comitate colis obseruas et tota animi auiditate exosculaeris. Cum quot sciens te hoc in amplissimo galliarum senatu viruz esse primarium orationemqz tuam apud illos non parum habere momenti. Cupiam immo orem et regē patres illos conscriptos atqz senatores:quibus nō iniuria prefides adhorteris vt cum e foro redeunt domum animum suuz curaruz nimietate obrutum vna hystorie huius lectione vegetent et leuent codicem hunc sumentis in manus. Non parum eis conducet:habebunt quoruz acta mirentur quorum virtutes imitentur quibus et vitam moresqz componant suos. Maiestatem eorum non dedecebit sed ornabit eorumqz sententias quas te rogante dicunt reddet clariores. Concinnior enim erit oratio si rei de qua consultatur accommoda redditur hystoria. Ita factitasse olim veteres illos oratores legimus et cum causas pro nostris agerent et cum sententias in senatu dicerent. Testimonio sunt orationes ille splendide ciceronis tibi me cōscio familiares quas varie hystorie et peregrine e domestice quibus perpulchre asperse sunt et amenissimas reddūt et illustrissimas. Sic et illustrabit illos senatores tuos eusebius noster animos eorum non parum excollet sententias facundiores reddet et fecundiores. Itaqz vir clarissime tuum erit eos monere adhortari eis suadere:persuadere post hac eusebium nostrum sibi faciant domesticum et relegendo familiarem. Id vbi feceris de eusebio pariter et illis ipsis bene me reberis:et noe quoqz ad aliud maius et si non insignius opus aggrediendu; reddes:et alacriores et concitatiores. Sed iam bene vale:et Gaufridum tuuz ama semper te amantem.



De littera. D.

Fileas

De litera.L.

De littera. P.

De littera.V.

Finis Tabule.

Publij Fausti Andrelini foroliuiensis regij poete laureati i eusebiuz Cesaresem a magistro Goffredo bussardo eximio sacre pagine doctore parisiensis summa cum diligentia castigatum.

Carmen.

Inclyta si queris sanctorum gesta virorum.
Omnia tam cultum scripta volumen habet.
Obsita que fuerant magnoq oppressa veterno.
Bussardi polijt lima diserta mei.
Bussardi eternos digni vixisse p annos
Quo reliqua e turbi vindicet acta situ.
Et positum est cunctis certo caput ordine rebus.
Ut facilis breuius semita pandat iter.
Quid no longa dies multis oblitterat annis.
Sed nihil est qd no sedula cura nouet.

Registrum.

a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.A.B.C.
Omnes sunt quaterni.preter.C.qui est duernus.

Incipit prolog⁹ Rufini presbyteri in historiam ecclesiasticã ad Cromatium episcopum.



Peritorũ dicunt esse medicorum vbi imminere vrbibus vel regionibus generales viderint morbos prouidere aliquod medicamenti vel poculi genus: quo p̃muniti homines ab imminenti defendãtur exitio. Quod tu quoq; venerande pater Cromati medicine exequans genus tempore quo diruptis Italie claustris. Alarico duce gothorum se pestifer morbus infudit ꝛ agros armenta: viros longe lateq; vastauit populis tibi a deo commissis feralis exitij aliquod remedium querens per quod egre mentes ab ingruentis mali contagiõe abstracte melioribus occupate studijs tenerentur iniungis mihi vt ecclesiasticam historiam quam vir eruditissimus. Eusebi⁹ Cesariensis greco sermone conscripserat in latinum verterem: cuius lectione animus audientium vinctus dum notitiam rerum gestarum auidius petit: obliuionem quodammodo malorum que gererentur acciperet. A quo ego: cum opere excusare me vellem vt pote inferior ꝛ impar ꝛ qui in tam multis annis vsum latini sermonis amiserim considerauit ꝙ non absq; aliquo apostolice institutionis ordine nobis ista precipereꝫ. Nam ꝛ cũ dominus aliquando esurientibus in deserto auditorum turbis dixisset ad apostolos date eis vos manducare. Philippus vnus ex apostolis intelligens eo magis splẽdescere diuine virtutis insignia si minorum quorumq; ministris explerentur non protulit panes apostolice recõditos pere: sed puerulum adesse dixit habentẽ quinq; panes ꝛ duos pisces: quem vere cunde excusans adiecit sed hec que sunt inter tantos q̃s magis in angustijs opibus ꝛ desperatis: clara fieret diuina potentia. Sciens ergo ex illis te descẽdere discipulis recordatus ꝙ philippi fortas sis exemplo vbi pascendi turbas temp⁹ vidisti puerulum subrogaueris. qui panes quidem quinq; sicut acceperat duplicatos adhibere: ad explendum tamẽ euãgelicum sacramentum proprio labore captos adderet etiã pisciclos duos aggressus sum exequi vt potui: quod precepe ras certus ꝙ excusabit imperitie nostre culpas precipientis auctoritas. Sciendum sane est ꝙ decimus liber huius operis in greco quoniam perparum erat in rebus gestis: reliqua omnia in episcoporũ panegyricis tractatibus nihil ad sciẽtiam rerum conferentibus occupatus omissis que videbantur superflua historie si quid habuit nono coniũximus libro et in ipso Eusebij narrationis dedimus finem. Decimum vero ꝛ vndecimum librum non conscripsimus. partim ex maiorum traditionibus: partim ex his q̃ nostra iaz memoria comprehenderat: ꝛ eos velut duos pisciculos suprascriptis panibus addidimus quos si tu ꝛ pbaueris et benedixeris pro certo confidã ꝙ sufficiẽt turbis. Continet autem omne opus res in ecclesia gestas a saluatoris ascensione et deinceps. Nostri vero duo libelli a tẽporibus constantini post persecutionem vsq; ad obitum theodorij augusti.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit liber primus hystorie ecclesiastice Eusebij cesariensis.



Successiões sanctorꝫ apostolorum ⁊ tēpora, q̄ a saluatore nostro vsqꝫ ad nos decursa sunt, queqꝫ et qualia in his erga ecclesie statū gesta sunt, qui etiā insignes viri in locis maxime celeberrimis ecclesijs p̄fuerūt, vel qui singulis quibusqꝫ temporib⁹ seu scribendo seu docendo verbū dei nobiliter astruxere: quiqꝫ etiā vel quanti vel qñ noua contra religionem dogmata proferentes ad profundum erroris studio cōtētionis elapsi, falsę scientię auctores se preceptoresqꝫ professi sunt palā, velut lupi graues gregē christi lacerantes, nec non ⁊ ea mala que iudeorꝫ gentē pro insidijs quas aduersum saluatorem moliti sunt vastauerūt, quib⁹ etiā modis ⁊ quoties quibusue tēporib⁹ doctrina xp̄i ⁊ sermo diuinus agētib⁹ impugnat⁹ est: quātiqꝫ his tēpestatib⁹ vsqꝫ ad suppliciorū patiētiā ⁊ profusionē sanguinis pro xp̄i dei veritate certauerūt: sed ⁊ martyria nostris suscepta tēporibus atqꝫ in his domini et saluatoris nr̄i erga singulos quosqꝫ vnicum clementissimūqꝫ subsidium scribere mihi volēti nō aliunde sumendum videtur exordium q̄ ab ipsa domini ⁊ saluatoris nostri iesu xp̄i presentia corporali. Sed mihi queso veniam dari. Confiteor nāqꝫ q᷑ in hoc opere viribus nostris maiora tētamus vt ⁊ fideliter ⁊ integre que sunt gesta narremus: ⁊ rudem ac nulli ferenostrorꝫ ingressam viam huiuscemodi itineris primi audeamus incedere. Et licet deum ducem futurum, dn̄iqꝫ saluatoris nostri certus sim nobis suffragia affutura: hominum tamen nulla quib⁹ possimus conspicimus precessisse vestigia: nisi q᷑ sparsim singulorꝫ quorūqꝫ temporum: seu rerum gestarum ad nos vsqꝫ indicia ac monimenta transmissa sunt. E quibus quedam nobis luminum faces velut in obscuro positis eminus accendunt: et tanqꝫ e sublimi specula qua nos gressum tendere oporteat ac viam verbi absqꝫ errore dirigere eorū vocib⁹ admonemur. Queciqꝫ igitur proposito operi cōuenire credimus ex his que illi sparsim memorauerūt eligentes ac velut e rationabilibus campis dictorum flosculos decerpentes historię narratione in vnū corpus redigere ⁊ coagmentare tentabim⁹: satis abūdeqꝫ gratum putantes et si nō omnium nobilissimorū certe saluatoris nostri apostolorū successiones celebrioribus quibuscunqꝫ ecclesijs traditas in vnum colligere atqꝫ in ordinem modūqꝫ digerere. Opus autem mihi pnecessariū videor assūpsisse eo magis (q᷑ vt suspect⁹ dixi) neminem ecclesiasticum duntaxat scriptorem ad hanc partem narrationis animum adiecisse cōperio. In quo illud etiam spero q᷑ et vtilitatis plurimum ex rerum gestarū cognitione studiosis quibusqꝫ noster hic conferat labor. Quāuis iam de his ipsis nonnulla etiam in chronicis. i. in eo opere quod de temporum ratione conscripsimus breuiter succincteqꝫ perstrinxerim. Plenius tamen in presenti opere singulorum narrationē aperire tētabimus. Incipiet igitur mihi sermo ab ipso domino sicut pmisimus xp̄o. Uerum quia xp̄ianorum res gestas scribere proponimus consequens videtur vt prius vel genus hoc hominum vnde ducat exordium vel quid nois ipsius contineat ratio et cuius gens ista et populus appellatione censetur repetentes paulo altius exponamus.

¶ Capitulum primum q᷑ deus et dominus creator omnium ac dispensator vniuersorum ipse sit scd̄m ea que in lege et prophetis scripta sunt.



Situr quoniā xp̄s duplici ex modo constat ⁊ diuina i eo pariter atqꝫ humana natura plenitudinem tenet, caput in eo diuina substantia, pedes humana, quam pro nostra salute suscepit habentur. Et ita demum pfectius nobis narratio dirigetur si a capite. i. a diuinitatis eius verbo sumamus exordiū per quod christianorū (que gens nouelle appellationis creditur) antiquitas et

nobilitas pariter ostendentur.
A ¶ Genus igitur xpi et ipsius substã-
tiam ⁊ eius naturã pferre ac pãdere nul-
lus sermo sufficiet. Siquidẽ etiã diuinũ
de eo ita pronũciat oraculũ dicẽs. Gene-
rationem eius quis enarrabit. Sed ⁊ ali-
bi celestibus nihilominus de eo vocibus
ita refertur. Quia nemo nouit filium nisi
pater: sed neq̃ patrẽ q̃s nouit nisi filius.
Solus ergo ille qui genuit, nosse dicit fi-
liũ pater: ⁊ filius patrem. Sine dubio ex-
clusit ceteros ad discutiendam noticiam
qui ad vnũ solũ patrẽ filij scientiã reuoca-
uit. Hic igit in his voluminibus q̃ diui-
no spũ conscripta credũtur lux eterna et
ante mundi initiũ semper fuisse predica-
tur. Sapiẽtia quoq̃ substãtialis ⁊ verbũ
vnum in principio apud patrẽ: ⁊ de⁹ ver-
buz substitisse narrat. Quis ergo poterit
eũ qui ante omnez creaturã visibilẽ atq̃
inuisibilẽ semp fuisse et in initio iã fuisse
ex ipso patre nat⁹ et cũ patre sempitern⁹
extitisse describit sermone cõprehẽdere.
Quis oim celestiũ imortaliũ diuinarũq̃
virtutũ dñz ⁊ ducẽ atq̃ pncipẽ celestis mi-
litie ⁊ magni ɔsilij angelũ volũtatis pa-
terne efficaciã quẽ cũ patre oia q̃ sunt
creasse et cõdidisse cõstat vt verum filiũ ⁊
vnigenituz ⁊ oim q̃ creata sunt dñm ⁊ re-
gẽ ac dñatorem paterna virtute ac pote-
state cũcta moderantez: verbis explicet:
nisi q̄ ad intelligentiã plenitudinis eius
p secretiora ⁊ mystica diuinorũ voluminũ
informant eloquia. Johãnes deniq̃ spũ
dei replet⁹. In pncipio inquit erat verbũ:
⁊ verbũ erat apud deũ: ⁊ de⁹ erat verbũ.
Hoc erat in principio apud deũ. Oia per
ipm facta sunt: ⁊ sine ipo factuz est nihil.
Sed ⁊ moyses maximus ⁊ vetustissimus
prophetarũ multis ante seculis hec ea-
dem ptestatur, cũ celitus inspiratus ori-
ginẽ mundi ⁊ rerũ initia de eo pleni⁹ ape-
riret cõditorem omniũ patrem cum filio
mysticis ac sacratis designat eloquijs.
Ait namq̃. Et dixit deus. Faciamus ho-
minẽ ad ymaginẽ ⁊ similitudinẽ nostraz.
Sed ⁊ dauid antiquissimus etiaz ipse (li-
cet moyse posterior) pphetarũ dicit. Uer-
bo domini celi firmati sunt: ⁊ spũ oris ei⁹
omnis virtus eorũ. Et alio idem nihilo-
min⁹ designat oraculo de deo dicẽs. Ipe
dixit ⁊ facta sunt ipse mandauit ⁊ creata
sunt. In quibus euidẽter mandatis: per-
sonam patris ⁊ filij operantis expressit.
B ¶ Cum igitur his ⁊ alijs quamplu-
rimis vocibus sparsim per diuina volu-
mina creator omnium cum patre filius
declaretur, super est vt de his que post
conditionem mundi p hominũ dispen-
satione transegit quam possumus bre-
uiter perstringamus. ¶ Multis quidez
et antea pietate preditis viris astitisse ⁊
docuisse que ad cultum diuinum pertine-
re videbantur ostenditur. Sed euiden-
tius et familiarius abrahe atq̃ eius fa-
milie quantum fas erat deum hominib⁹
innotuisse describitur. ⁊ velut preceptor
quidam ac monitor illius extitisse prosa-
pie refertur. Deniq̃ in diuinis oraculis
scriptum est: quia apparuit deus abrahe
tanq̃ cõmunis aliquis homo sedenti ad
ilicem mambre. At ille surgens cũ homi-
nem videret, adorat vt deũ et veneratur
vt dñm. Sed et ppie vocis professione
presentiam se testatur non ignorare diui-
nam dicens. Dñator dñe q̃ iudicas oẽm
terrã nõne facies iudiciũ. Que vtiq̃ oia
non ad patrem sed ad filiũ referenda po
sterioris in carne dispensatiõis ratio ple-
nius expleta designat. Et idem prophe-
ta dauid dicit de deo. Misit verbum suũ
et sanauit eos: et liberauit eos de corru-
ptionibus eorum. Sed adhuc euidenti⁹
per moysem de eo quod dominus sit ipe
cuz domino diuina testantur eloquia cũ
dixit. Pluit dominus super sodomam et
gomorram sulphur et ignem a domino.
Eundemq̃ cũ apparuisset iacob deũ esse
eadem scriptura designat cũ dixerat ad
iacob. Jam non vocabitur nomen tuum
iacob: sed israel erit nomen tuũ quia in-
ualuisti cũ deo. Et paulo post dicit. Et vo-
cauit inq̃t iacob nomen loci illi⁹ visio dei
dicẽs. Uidi em̃ dñm facie ad faciẽ ⁊ salua
facta est anima mea. Neq̃ em̃ est fas de
aliq̃ angelorũ vel celestiũ virtutũ ista sen-
tire. Nullũ em̃ illorũ si quando mortali-
bus ex celesti precipiunt adesse manda-
to dñm vel deũ diuin⁹ sermo ɔmemorat.
Hic etiã iesu successori moysi cũ astitisset
percũctanti quis esset responsis euiden-
tissimis designauit dicẽs. Princeps mili-

tie virtutū dñi ego sū. Cūq; his auditis adorasset famulus vt decebat. Solue inquit ad eū corrigiā calciamenti tui. Locus enim in quo tu stas terra sancta est. In quo consideranda est preceptorū similitudo qm̄ non erat hic alius ab eo qui dixerat ad moysen de rubo ignis dicens ne approximes huc. solue calciamēta de pedibus tuis. locus enim in quo tu stas terra sancta est. Et addidit dicens. Ego sum deus patrum tuorum deus abraham ꝛ deus ysaac. et deus iacob. Claruit igitur ex his omnibus quod verbum dei ꝛ deus ꝛ dominus ꝛ creator omnium cū patre filius designatus est.

C ⁋ Nunc vero etiam illud videam⁹ quomodo et sapientiam seculi substātialiter se existere idē ipse in diuinis ostendat oraculis per solomonem hec de semetipsa sapientia mysticis vocibus prodens. Ego sapientia in altissimis habitaui cōsiliū ꝛ scientiā ꝛ sensum ego inuocaui. Per me reges regnāt ꝛ potētes per me scribūt iustitiam. Per me ꝓceres magnificant̄ ꝛ tyrāni ꝑ me obtinent terram. Et post aliquāta iterū dicit. Dñs creauit me initiū viarū suaꝝ in opa sua añ secula fundauit me initio priusq̄ terrā faceret anteq̄ ꝓdirēt fontes aquaꝝ priusq̄ mōtes fundarent̄ ante oēs aūt colles genuit me. Qñ preparabat celos aderam ei: et quando firmos ponebat fontes sub celo cū ipso erām cū adgaudebā quotidie. Letabar aūt corā ipso in omni tempore qñ letabatur orbe perfecto. Ex quibus omnibus fuisse ab initio immo ꝛ ante omne quod dici potest initiū ab cp̄o patre, progenitam sapientiam constat.

D ⁋ Quid aūt cause fuerit q̄ nō omnib⁹ passim sicut nūc etiā antea innotuerit ꝛ oēs ad eius fidem ac scientiā peruenerint: exponem⁹. Nōdū capere poterat perfectam sapiētiā xp̄iq; doctrinā rudis adhuc mūdus ꝛ peritie totius ignarus. Deniq; statim in initijs cum adhuc hi q̄ primi creati fuerant homines in beatitudine degerent mandato dei negligentia corrupto hanc vitam mortalem ꝛ fragilitati obnoxiā deciderūt ac terre hui⁹ diuina maledictine dānate habitaculum pro paradisi delitijs commutauerunt. Jā vero qui ex huiuscemodi genitoribus per orbem terre diffusi sunt ferino magis ac beluino ritu oberrantes non vrbes ad societatem: non mores ad honestatem non leges ad vite iustitiam tenuere. Artium vero disciplinarūq; apud eos ꝛ toti⁹ philosophie: ne ipsum quidem nomen habebatur: sed aggrestes quidem ꝛ vagi ꝑ deserta nullis sedibus vagabantur. Si qua vero in ipsis boni semina naturaliter clementia inoleuerant cōditoris hec inculta ꝛ incōdita relinquentes magis ad vsum malicie qm̄ humani itineris ꝓ cliui⁹ vergitur cōferebant. Ex quo accidit vt nefarijs sceleribus inter semetipsos agentes nūc corrūperent̄ nunc etiā interimerētur abinnicem vsq; quo ꝓcedēte in inmanitate etiā deuorarent̄ ab alterutro. Hic ille que mūdo sceleris fabulas reliq̄rūt theomachie ꝛ gigāthomachie exorte sunt. donec nefarijs ausis vltio diuina nunc inundatiōe diluuij nūc etiā populatiōe ignei: membris obsisteret ꝛ imanitatē scelerum penarū varietate comprimeret.

E ⁋ Uerū qm̄ creatori suo humanum genus malicie morbo ꝛ cōtagione corruptū emendādū videbatur potius q̄ delendū miseratus tunc obscuratas ꝑ nequitiam mentes ꝛ tenebris cecitatis obstructas ille ipse q̄ in principio erat apd̄ deū de⁹ v̄bū ꝛ sapiētia patris nūc angelorū ac ministroꝝ virtutū legationib⁹ vtitur: nūc ēt ineffabili dignatione ipse adest et raꝝ sicubi quem dei ac iustitie memorē reperit diuinis reuelationib⁹ monitis salubriorib⁹ instructiōe qua deū decebat reformare ac reuocare de tenebris humanū nitit̄ genus (non l alia q̄ hominis specie: qua solū hoīes doceri aliq̄d ꝛ instrui ac iuuari pñt) donec paulatim gētē integrā q̄ hebreoꝝ appellabat̄ ad sui cultū venerationēq; cōuertit. Quibus etiā vt pote adhuc rudib⁹ ꝛ cōtagione vi tēporis infectis. ꝑ moysen ꝓphetā typos et adumbrationē diuini cultus ꝑ sabbata quedā mystica ꝛ circūcisionē corpis alti⁹ aliquid in spū significantē ceteraq; huiuscemodi p̄cepta legalia velut elemēta sacratioris olim future eruditiōis impleuit. Que tñ lex cū velut initiū quoddā luminis mūdo huic effulsisset: ꝛ odoris sui flagrā

tia mare ac terras lõge lateq3 cõplesset:
atq3 ex ipsa diuersis in orbis ptib9 nido=
rem quẽdam prudẽtiores quiq3 capiẽtes
legislatores vel philosophi modesta q̃q3
ꝛ verecundiora precepta atq3 honestatis
ꝛ iustitie conscientia auditorib9 suis pau
latim tradere atq3 insinuare cepissent: et
aggrestes ac feros hominũ mores ad de
cora atq3 honesta instituta reuocare: tũc
amicitijs coire inter se viros ꝛ concordie
subire federa docuerunt. Tunc iuuare se
inuicem homines et vsum rerum discunt
habere communem: donec instituti pru=
dentioris docilis humana mens ꝛ socie=
tatis adinuicẽ3 patiens redderet vt hu=
iusmodi consuetudinis plusione premis
sa apti iam ꝛ parati etiam ad diuina fie=
rent instituta: patrisq3 omnium dei scien
tie capaces existerent.

F • ¶ In quo ipse iterũ omnium virtu=
tum magister ipse sermo ac ratio ꝛ vbũ
ac sapientia dei: ipse qui in initio cum pa
tre creauerat hominem: ipse in quã hu=
mane quoq3 nature assumpta substantia
ꝛ specie forme seruilis indutus in nullo
penitus ab eo q̃d nos sumus differentes
tempore quo romani imperij regnu3 no
bilius latiusq3 cõsurgere ipse prestiterat
ingressus huic mundum communi qui=
dem nobiscum nascendi aditu: sed nullo
auctore patefacto ea egit et pertulit que
de eo futura prophete predixerant. Uiri
et enim diuinitus inspirati homine3 qui
simul esset deus aduentare huic mundo
et doctorem omnium genitum paterne
pietatis ac religionis futurum sacrosan
ctis oraculis cecinerunt. Sed et mortis
modu3 quo de hac vita discederet vt que
rursum inusitato more ad viuentes re=
pedarat a mortuis: et post hoc celu3 adi
ret vnde descenderat atq3 ad deum redi=
ret. De quibus quãuis euidenter quã=
plurimi significauerint prophetarum ta
men vnius iudicium Danielis: scilicet
quantum breuitatis necessitas indul=
get adhibeant. Dicit ergo de eo ita. Ui=
debam ecce sedes posite erant et vetu=
stus dierum sedebat et vestimenta eius
sicut nix alba: et capillus capitis eius: si=
cut lana munda: thronus eius flamma
ignis rote eius ignis adurens. Fluuius
igneus precurrebat ante eum iudicium
positum est et libri aperti sunt. Et post
hoc videbam et ecce cum nubibus celi
tanq3 filius hominis veniebat: et perue=
nit vsq3 ad vetustum dierum et in conspe
ctu eius prolatus est. Et datus est ei prin=
cipatus et honor et regnum: et omnes
populi tribus et lingue ipsi seruiunt. Po
testas eius potestas eterna que non trã=
siet: et regnum eius non corrumpetur.
Hec oĩa manifestissime de nullo alio nisi
de saluatore nostro qui erat in principio
apud deum deus verbum dicta intelli=
guntur. Filius etenim hominis propter
hoc quod i nouissimis temporib9 in car=
ne natus est dicitur: de quo latius si qs
scire desiderat in suis locis assertiones
horum digessimus.

G • ¶ Nomen autem hoc quod dixi=
mus christi quomodo etiam per prophe
tas olim fuerit adumbratum tempus est
edocere. Primus ipse moyses volẽs ostẽ
dere quid venerationis in se nomen chri
sti et misterij contineret: cum iuberetur
typos et imagines sacramentorum cele=
stium sicut ei in monte fuerat ostensum
in lege describere: cumq3 ritum constituẽ
di pontificis traderet quantum mortalẽ
docere fas erat eum quem supra omnes
homines vt esset honore ꝛ meritis decer
nebat per vnguenti cuiusdam mystica
sacramenta christum nominauit. Quo
per hoc discerent hi qui per legem insti=
tuebantur quia qui super omnes homi=
nes honore ꝛ reuerentia habendus est:
christus nominabatur. Sed et idẽ moy=
ses longe per dei spiritum preuidẽs qui
sibi prepararetur successor et prenoscẽs
quod his qui post se regnum susciperet
maioris sacramenti minister existeret.
Jesum cognominauit eum qui prius na
ue parentum fuerat appellatione vocita
tus. Sciẽs quod in eius vocabuli sacra=
mento maioris cuiusdam glorie rex quã
mortalis natura recipit poneretur. Igi=
tur ita per gemina appellatiõis indicia
in altero pontificatus in altero regalis
forme exprimũtur insignia. Et iesus chri
stus tanq3 qui rex et pontifex esset pari=
ter nominatur: vt neq3 in alio aliquid
quod ad religionem neq3 quod ad pote=

statem pertinet deesse populus per pre=
cedentia sacramenta mystice institutus
agnosceret. Unde et prophete acti diui=
no spiritu simul et impietatem iudeorū
et gentilium in eo preuidebant salutem.
Et tale aliquid vnus ex ipsis cui hiere=
mias nomen est precinebat. Spiritus in
quit vultus nostri christus dominus cō=
prehensus est in corruptionibus nostris
cui diximus in vmbra tua viuemus in
gentibus. Sed et dauid magnificus va=
tes hoc de eodem memorat. Quare fre=
muerunt gentes et populi meditati sunt
inania. Astiterunt reges terre et princi=
pes conuenerunt in vnum aduersus do=
minum et aduersus xp̄m eius. Et paulo=
post ait ex persona ipsius christi. Domi=
nus dixit ad me fili' meus es tu ego ho=
die genui te. Pete a me et dabo tibi gen
tes hereditatem tuam et possessionem
tuam terminos terre.

h • ¶ Non solū autē pōtifices vnguē=
to chrismatis apud hebreos consecrabā
tur verum et reges: qui et ipsi quoniam
diuinitatis nutu per prophetas sacrato
quodam chrismate delibuti sortiebātur
sceptra regalia imaginarij lȝ tamen ipsi
christi appellabantur. Quo scilicet etiaȝ
in ipsis celestis regis imago ac species
seruaretur. Sed et in prophetarum ordi
ne inuenimus nonnullos simili modo vn
guento chrismatis consecratos ministe=
rium diuinis eloquijs prebuisse et gna=
ros redditos futurorum. Ex quibus om=
nibus constat qđ filius dei verbum ac sa
pientia patris: quia verus rex est omniū
seculorum: et quia verus pontifex est fu=
turorum bonorum et quia verus prophe
ta est quippe qui inspiret et repleat pro=
phetias ideo vere xp̄s nominatus est.
Cuius nominis per eos quos supra enu
merauimus pontifices et prophetas et
reges typus et imago precesserat. Verū
illi quoniam vt diximus ad breue tem=
pus vite huius christi appellabātur ad
solam veri christi imaginem conseruan=
dam quāuis compositione quadam mi=
stica consecrati olei tamē huius que in=
ter nos haberi solet materie ac liquoris
vngebantur. Verus autem hic qui de ce=
lis venerat et cui omnia qui precedebāt
gesta fuerāt christus non humanis opi=
bus quesita sumit vnguēta: sed nouo ac
singulari modo paterno spū infusus et vn
ctus xp̄s efficitur. sicut multis ante secu=
lis de eo vates Esayas predixerat ex pso
na ipsius christi dicens. Spiritus domi=
ni super me propter quod vnxit me euan
gelizare pauperibus misit me predicare
captiuis remissionem et cecis visum Nec
solum Esaias diuinis hec predixit oracu
lis: sed et dauid similiter inspiratus testa
tur de christo dicens ad ipsum christum
Sedes tua deus in seculum seculi virga
equitatis virga regni tui. Dilexisti iusti=
tiam et odisti iniquitatem: propterea vn
xit te deus: deus tuus oleo leticie pre cō=
sortibus tuis. In quibus verbis primo
quidem eum euidenter deum designat.
Secundo vero per equitatis vergā sce=
ptrum in eo regale commemorat. Post
vero etiam qualiter christus effectus sit
indicat dicens: quod vnct' sit deus a deo
non oleo communi sed oleo letitie. Nec
sicut participes sui: idest illi qui in ima=
gine precesserāt sed pre participib' suis.
Oleum vero letitie in sacris volumini=
bus intellectu mystico spiritussanctus
dignatur.

I • ¶ Sed et de pontificatu eius. Ideȝ
dauid alio in loco tale aliquid archanis
signat eloquijs tanq̄ ex persona patris
de filio pronunciantis. De ventre inquit
ante luciferum genui te. Iurauit domi=
nus et non penitebit eum: tu es sacerdos
in eternum secundum ordinem melchise
dech. Hic autem melchisedech in diuinis
voluminibus sacerdos fuisse summi dei
refertur: sed qui non oleo communi pun=
ctus sit: neq̄ qui ex successiōe generis su=
sceperit sacerdotium sicut apud hebreos
fieri mos erat. Et ideo secundum ordinē
ipsius sacerdos futurus dicitur. christus
qui non olei liquore: sed virtute celestis
spiritus consecretur. Idcirco deniq̄ cum
multi apud hebreos oleo in hoc ipsum
solenniter consecrato vncti sint christi et
siue reges siue prophete siue etiam pon=
tifices per hoc fuerint instituti nullus ta
men ipsorum vel genti vel discipulis aut
sectatoribus ex suo vocabulo nomen da=
re potuit et appellare discipulos christia

nos nisi hic solus qui verus est christus et non oleo humano sed pater non spiritu perunctus. Hic sectatorum suorum populos et vniuersam per totum mundum sui nominis gentem ex veri christi vocabulo appellari fecit perhenni nomine christianos.

K • ¶ Si igitur vnde genus ducat christus requiris et eius autorem rimaris qui auctor est omnium audi quid oracula diuina per dauid magnificentissimum vatem ex persona ipsius summi patris loquantur. Sicut et paulo superius memorauimus. De ventre inquit ante luciferum genui te. Et quamuis ventris appellatio in eo qui recte incorporeus creditur conuenire minime videatur: tamen tropicis ac mysticis legibus hoc est quod indicatur quod non extrinsecus et aliunde substituerit filium pater: sed ex semetipso: ac si dici potest de interioribus suis vt hoc ipsum sit ille qui natus est quod est ille qui genuit. et ne adoptionis lege extrinsecus videatur assumptus sed quantum appellatio ventris intelligi suggeret salua reuerentia incorporalitatis intrinsecus editus designetur veritate nature quod vero ait ante luciferum ante mundi et ante totius creature designat initium.

L • ¶ Distinctio sane inter verum christum et ymaginarios illos qui prius precesserant que habeatur euidens in hoc iudicium datur. quod illi priores christi nulli pene: nisi genti proprie: cogniti sunt. Huius autem veri christi non solum nomen: sed et potestas et regnum per omnes nationes et per vniuersum orbem terre diffusum: non sola cognitione vocabuli: sed et diuinitatis cultu ac religionis reuerentia consecratum est. In omni namque terra tanquam verbum et sapientia patris. tanquam deus et dominus christus iesus colitur et adoratur. sicut diuinum de eo pronunciauit eloquium dicens. Quia in nomine iesu omne genu flectatur celestium terrestrium et infernorum. Et omnis lingua confitebitur: quia dominus iesus in gloria est dei patris. Unde non solum potestas eius et regnum: sed et affectus et amor tantus de eo credentium mentibus inoleuit: vt etiam animas ponere pro nomine eius et ceruices suas persecutorum gladijs non morientur obijcere: dummodo sacrosancta apud eos nominis eius. fides et reuerentia conseruetur. ¶ Nec interim nobis necessario narrationem rerum precesserint quam persequi institutius in quibus ostendetur nomen xpi iesu dni ac saluatoris nostri non nouelle appellationis alicuius: aut ex carnali natiuitate sed a deo ipso originem ducere.

M ¶ Quod autem recentis vocabuli xpianorum gens videtur et ritus obseruantie eius nuper exortus quid etiam hec ipsa nouitas in se vetustatis contineat ostendemus. Antiquissimum pre omnibus fere gentibus hebreorum genus haberi puto quod nulli videatur dubitandum et quod apud ipsam gentem secretior quidam religionis cultus et obseruantia diuinis mandata voluminibus contineatur. In quibus etiam de nonnullis iustitia et pietate predictis viris refertur: quibusdam quidem qui et ante diluuium fuerunt: alijs autem et post diluuium. In quibus de noe atque eius filijs omnique prosapia scribitur et vsque ad abraham protenditur quem parentem gentis hebreorum constat existere. Omnes ergo illos qui ad abraham sursum versus vsque ad primum hominem generationis ordine conscribuntur et si non nomine rebus tamen et religione xpianos fuisse si quis dicat non mihi videtur errare. Cum enim nomen xpiani hoc indicet quod xpo quis credens per eius doctrinam fidem pietatem ac iustitiam teneat et studijs diuine inhereat sapientie atque omne quod ad virtutem pertinet exequatur. Si inquam hec sunt que a vocabulo xpiani nominis iudicantur et vere eum religionis sectatorem designant. Hoc erant etiam illi sancti de quibus supra diximus viri quod christiani nunc esse profitentur. Neque enim aut corporalis eius inerat circumcisio aut obseruatio sabbati. sicut nec nobis quidem aut vlla de ciborum obseruatione religio. vel cetera que posterioribus per moysen figuraliter magis et mistice obseruanda traduntur. Cum igitur absque his omnibus obseruationibus fuerit religiosi illi quos supra memo

rauimus viri secuti autem sint fidem ei⁹ quē nos nūc sequimur xpī quē frequēter apparuisse eis ꝛ docuisse vel nouisse ea q̄ ad fidem ꝛ pietatem pertinēt in superioribus approbauimus: quomodo dubitabatur ab illis cepisse et ab illis esse deductam huius gentis originem: qui ꝛ eūdem dominum auctorem et ducem vite sequebantur et in simili religionis obseruantia persistebant. Intantum deniq̄ hec in illis premissa ꝛ preformata religio est: vt ne ipso quidem nomine quod certe solum differentiam facere videtur habeantur alieni. Sed ꝛ ipsos iam tūc non xpianos: sed ꝛ christos eē appellatos diuina testantur eloquia. Dr̄ enī de illis ex psona dei ad alienigenas gētes. Nolite tāgere xpos meos: ꝛ in pphetis meis nolite malignari. Hec cum de abrahā: ꝛ de illis q̄ per illud tēpus ad dei cultū pertinebant dicta referant. euidētissime ꝛ luce clarius in ipīs ꝛ ante ipsos christianorum genus iam tunc fuisse: ꝛ omnē tenuisse pietatis ac religionis obseruantiā designant: quā nunc p aduentū carnalis presentie christi per omnes gentes communicatam: ꝛ in omnibus impartitam nationibus constat. Quo sapientie pietatisq̄ thesaurus qui velit intra angustum conclaue pro raris q̄busq̄ cultorib⁹ tenebatur vniuersum mundum fidei ac religionis profusione ditaret: Et quod prius viritim prebebatur. nunc simul et subito gentibus integris ꝛ pplis ac nationibus ingeratur. Quod ita futurum diuina inspiratione prospiciens quidam eximius propheta stupore mentis attonitus cū admiratione exclamat ꝛ dicit. Quis audiuit talia ꝛ quis locutus est ita. Si peperit terra in vna die: ꝛ si genita est gens de Semel. Et ita in alio loco de his ipsis q̄ sermo diuinus gentē pturiendā esse pdixerat ptestaẗ ꝛ dicit. ijs aūt q̄ seruient mihi vocabitur nomen nouum. quod benediceẗ super terras: autē ita nouum nomen q̄ christianorum vocabulum gentibus datum est. Nouū autem dicit nomē nuper despersum non nuper inuentum. Verum et hoc ipsum ita futurum et hanc benedictionem nominis ac fidei omnibus esse gentibus largiendam. nequaquam diuina oracula siluerunt. De ipso namq̄ abraham dum adhuc esset in preputio cōstituturus: dicit sermo diuinus. Credidit Abraam deo et reputatum est ei ad iustitiam: et amicus dei appellatus est. Credidisse ergo refertur ei quem apparuisse frequenter: et instruxisse eum; que ad pietatem ꝛ religionem ptinent: supra edocuimus. Christo scilicet per quem omnia constare que gesta sunt et gerenda sepe probatum est. A quo etiā ad ipsum abraham responsa huiusmodi deferuntur. Et benedicentur inquid in te omnes tribus terre: et iterum. Faciam te ingentem magnam et multam. Et benedicentur in te omnes gentes terre. In quo euidenter exprimitur. q̄ ille cultus atq̄ illa fidei gratia: que tunc abrahe et paucis illis qui ad id temporis fide ꝛ pietate insignes erant concedebatur. postmodum per omnes gentes ac per omēs terras: esset benedictionis titulo per diuinam gratiam largienda. Certū namq̄ est q̄ sicut ille credēs ei q̄ sibi apparuit iustificat⁹ est: ꝛ paternis supstitionib⁹ repudiatis ac spretis: dei veri pcepta fide atq̄ opibus execut⁹ est: et q̄ hoc ei dicit quia benedicentur in te oēs tribus ꝛ gentes terre. Ita et christiani fide atq̄ operibus id agunt vt paterne superstitionis errore depulso: sequantur deum quem secutus est abraham: vt ex simili fide eius viuificentur sicut viuificatus est abraham. Quid igitur obstat: vt non vna atq̄ eadem religionis obseruantia deputetur in ijs in quibus vnam atq̄ eandem fidei atq̄ operum esse consistit formam: et idō non nouella neq̄ peregrina est christianorum religio: et nuper exorta. Sed si fas est libere iudicare quod verum est. prima omnium atq̄ ab ipsa simul mundi origine ac natiuitate descendens: eodem christo deo doctore et institutore iam inde ab initio speciem formamq̄ suscipiēs. Et de his quidem ista sufficiant.

Verum postea quam consequenter ea que historicam narrationem debuerant anteire premisimus: super est iam vt a corporali psentia dn̄i ꝛ saluatoris nostri. et de his q̄ deinceps gesta sunt velut itineris nostri aggrediamur exordiū. Ipsum om

nipotētem verbū patrem deum s; ⁊ ipm cuius res geritur iesum christū dominū ac saluatorem nostrum celeste dei verbum adiutoriū ⁊ auctorem narrationis nostre precibus inuocantes.


¶ Capitulum. ij. de tempore natiuitatis christi secundum carnem.


Gitur secun-do et quadragesimo iperij cesarꝭ augusti āno ab egypto iā subiugata: ⁊ Antonij ⁊ cleopatre interitu: in quē nouissima ptolomeorꝫ apud egyptū regna ceciderunt. Octauo ⁊ vicesimo anno: dn̄s ⁊ saluator noster iesus xp̄s: prima ascriptione cēsus cyrino syrie p̄sidente: s̄z ordinem totius pphetie q̄ de ipso predicta est: in bethlee iude oppido nascitur. Hunc aūt syrini tpibus habitum cēsum: etiam iosephus illustris hebreorum hystoriographus memorat annectēs huic narrationi: etiā galileorum heresim hijsdem exortam esse tpibus. De qua apud nos Lucas in actibus apostolorum meminit his verbis.

¶ Cap. iij. de iuda galileo ⁊ theoda.


Ost hūc iquit surrexit Judas galileus in diebus conscriptionis cēsus ⁊ aduertit populum post se: sed et ipse perijt et omnes qui credebāt ei dispersi sunt. De his autem ipsis iosephus de quo supra diximus in hystoria sua octauodecimo antiquitatū libro hoc modo memorat. Cyrinus autem vir vn⁹ ex consensu curie romane p singulos magistratus: vsqꝫ ad gradum consulat⁹ ascēdens: inter cetera quoqꝫ honorabilis cuz paucis syriam venit: a cesare ius dare gētibus missus. et censor simul patrimoniorum futurus. Et post pauca ait. Judas vero gaulanites vir de ciuitate gamala: sed duchum quendam pharisēum assumens magnopere videbatur sollicitare plebem: asserens eis quod a scripto census: nihil aliud q̄ apertissimam imponeret seruitutem. Simulqꝫ hortabaī gentē suam: ne perderet libertatem. Sed et in secūda hystoria iudaici belli: de hoc ipso hic scribit. Quo in tēpore inquit vir quidam galileus iudas nomine ad dissentionem populos cogebat: pessimum fare eis persuadēs: si acquiescerent soluere tributa romanis et post deum mortalem susciperent dominatuz hec ioseph⁹.

¶ Capitulum. iiij. de herode qui ex alienigenis venit ad regnum.


Er idez tēpus herodes primus ex alienigenarum genere ortus: regnuz iudaice gētis obtinuit. Et in ipso completur prophetia quaz moyses ante p̄dixerat. q̄ non deficeret princeps ex iuda: neqꝫ dux de femorib⁹ eius: vsqꝫ quo veniret cui repositum est.

A ¶ De quo etiam idem pronunciat moyses q̄ ⁊ ipse sit expectatio gentium. Imperfect⁹ nāqꝫ presagij huius pendebat euentus. donec sub ppria gentis principibus regerentur. Qui incipientes ab ipso moyse qui hec p̄dixerat vsqꝫ ad augusti imperium perdurarunt quo in tēpore primus vt supra dixi herodes externi generis vir a romanis iudeorum suscepit principatum.

B ¶ Qui herodes (scdm̄ ea quidē que iosephus tradit) ex idumeorūz gente paternum genus: ex Arabum vero materni sanguinis originē deducebat. African⁹ autem: qui ⁊ ipse precipuus in hystoriographis habetur aiūt (inquit) qui de eo diligentius explorarunt: antipatrē quēdam patrem esse herodis ascalonite: qui ⁊ ipse fuerit herodis cuiusdā filius templi Apollinis editui. Hic ātipater ab idumeis latronibus captus admodū puer pmansit cum predonib⁹: pro eo q̄ pater eius rei familiaris inopia filium redimere nō valeret. Uerum puer latronū vita ⁊ moribus institutus postmodum hircano cuidā iudeorum pontifici familiaris efficitur: ex quo nascitur herodes hic q̄ saluatoris tēporibus fuit. hec Affricanus.

¶ Capitulum. v. q̄ herodis tempore interrupta sit regum successio scdm̄ danielis prophetiam. A.

IGitur cum in hominem externe gentis iudeorum

deuenisset imperiũ:imminebat sine dubio etiã illa pphetricis predicta vocibus expectatio gentium. Quippe cũ defecissent apud eos ab origine ipsi⁹ moysi secutra principum regumq successio. Pri⁹ enim q̃ in captiuitatẽ Babilonicã ducerent regnauit apud eos Saul primus:et inde dauid. Nam ante reges a iudicibus regebantur:qui post moysen et Jesum successorem eius:gentis illi⁹ tenuerant principatum. Post redditum vero de babilonia nõ defuere eis gubernacula disciplinis optimis instituta. Per põtifices τ enim rerum summa gerebatur donec põpeius τ romanoꝝ magistratus adueniens, hierosolimam: vrbem quidem romanis armis opugnaret τ caperet. Sancta vero et sacratissima queq templi pollueret: ita vt ne ab ipsis quidem abditis ingressum temperaret hostilem. Eum vero qui per auiam successionem per idem temp⁹ regno simul τ pontificio fungebatur. Aristobolum nomine: victum cuz liberis romam misit. hircano fratri eius pontificatum relinquens. Omnem vero iudeorum gentem ex illo tempore tributariã romano fecit imperio.

B Sed hircano in quẽ vltimũ iudeorum gentis pontificatus fuerat deuolutus a parthis capto: primus sicut supra dixi externi generis vir herodes per senatus consultuz Augusto imperante iudeorum gentis adipiscitur gubernacula Sub quo imminẽte iam saluatoris aduẽtu etiã salus gentiũ τ vocatio expectata fini ea que prophete predixerant consecuta est. Ex quo vtiq tempore interrupta successionis serie ducum vel principum qui de iude femoribus descendebãt Consequenti ratione ordo quoq sacerdotij ab auis et proauis in declinabiliter currens repente confunditur. habes et de his idoneum testem ipsum iosephum qui iudicat herodez postq regnũ sibi iudeorum a romanis concessum est non iam sui generis ordinem cõstituisse pontifices sed ignobilibus quibusq sacerdotia permisisse Similia quoq in sacerdotibus ordinandis egisse etiam successorem eius archelaum refert. Postq iudeorum imperiuz dicit recepisse romanos. Jdem ipse iosephus indicat q etiaz sacram vestem pontificis summi: herodes occlusam sub signaculo suo tenuerit nec vnq pontificibus vsum eius potestatẽ permiserit. Hoc idem τ successor ei⁹ archelaus. Hunc et romani morem post ipsos pontificalis iniurie tenuere. Hec autem dicta sint nobis approbare volentibus veritatem prophetie que in aduentu domini nostri saluatoris impleta est. Sed τ apud Danielem prophetam euidenter numerus septimanarum:q vsq ad christum ducem futurus designatur impletus est. De quibus in alijs locis exposuimus. Post quarũ septimanarũ consummationem abolendũ esse chrisma:qđ apud iudeos sacratissimum seruabatur: idem ppheta designat. Quod quidẽ manifestissime eo ipso tempore quo dominus noster iesus christus aduenit: probatur impletum Hec autem a nobis p necessario relata ad ostendendam veritatẽ temporum teneantur.

Cap. vj. de diuersitate generationum a matheo τ luca conscriptaꝫ que de his refert africanus.



Eruz quoniã de generationib⁹ christi varie nobis Matheus τ Lucas euangeliste tradiderũt et contraria sibi a quam plurimis dicere putantur. Jn quo etiam nonnulli fideliũ veritatis ignorantia: commenta quedaz pro suis quisq opinationibus conantur adhibere: etiam de hoc historiam que ad nos vsq deducta est in medium proferamus.

A Affricanus cuius superius fecim⁹ mentionem: scribens ad aristidem quedam de euangeliorum consonantia: τ de genealogijs que a matheo et luca diuerse referuntur: ceterorum quidem opiniones procul a veritate dei errantes coarguit. Jpse autem historiam quaz compererat: in his ipsis protulit verbis. Apud gentem inquit israel generationum nomina: nunc secunduz nature nunc etiam secundum legis ordinem numerantur. Nature quidem successiones habentur que ex seminis vel sanguinis veritate de

fendunt. Legis autem quis filius alio generante substituitur, sub nomine fratris defuncti sine liberis. Cum enim resurrectionis inter eos spes necdum fuisset accepta. per hec resurrectionis quandam imitabantur imaginem vtinã nomẽ generis vitio sterilitatis aboleret. Cum ergo huiuscemodi apud eos generationum ordines seruarentur: vt quidem ex ipso germine: quidam ex substitutione ab alijs generati alijs filij legis beneficio deputarentur: a singulis euangelistarum vtriusqꝫ modi commemorata successio est. Id est vt alter eorum eum qui genuisset: alter vero eum qui quasi genuisse videretur exponeret. Et ita fit vt neutrum euangelium mentiatur dum aliud nature ordinem. aliud vero legis exequitur. Resincinctum namqꝫ sibi est inuicem genus. et illud quod per Salomonẽ et illud quod per natham deducitur: per legales substitutiones que fiebant his qui sine liberis decedebant: et per secundas nihilominus nuptias: quibus vnus atidem alijs parentibus progenitus alio rũ esse filius videbatur. Et ita fit: vt vtraqꝫ narratio gñationũ vsqꝫ ad ioseph verissimis lineis deducatur. diuerso quidem sed satis explorato ordine signata.

B ¶ Ut autẽ clarius fiat quod dicitur ipsas generationum consequentias enarrabimus. Ad dauid per salomonẽ generatio quã dinumerat matheus: tertium a fine facit matham qui dicitur genuisse iacob patrem ioseph. Per natan vero de dauid lucas generationum ordinem texens: tertium nihilominus eiusdem loci facit melchi. Dixit enĩ ioseph qui fuit heli: qui fuit melchi. Nobis ergo imminet ostẽdere quomodo ioseph qui dr̃ sm̃ matheũ quidem patrem habuisse iacob: qui deducitur p salomonẽ: sm̃ lucã vero heli q̃ deducitur p nathan. Utqꝫ isti ipsi id est iacob et heli qui erant duo fratres habentes alius quidem nathan alius autem melchi patrem ex diuerso genere veniẽtes: etiam isti ioseph aui esse videantur. Est ergo modus iste mathã et melchi diuersis temporibus de vna eademqꝫ vxore est a nomine: singulos filios procrearunt quia mathan qui per salomonem descendit vxorem eam primus acceperat: et relicto vno filio iacob nomie defunctus est. Post cuius obitum (qm̃ lex viduã alij viro non vetat nubere) melchi qui per natham genus ducit cum esset ex eadem tribu: sed non ex eodem genere relictam mathan accepit vxorem: ex qua ipse suscepit filium nomine heli. Per quod ex diuerso patrum genere efficiuntur iacob et heli vterini fratres: quorũ alter. i. iacob fratris heli sine liberi defuncti vxorem ex mandato legis accipiens genuit ioseph: natura quidem germanis suum filium: propter quod et scribitur. Jacob autem genuit ioseph secundum vero legis preceptum heli efficitur filius: cuius iacob quia frater erat: vxorem ad suscitandum fratris semen acceperat. Et per hoc rata inuenitur atqꝫ integra generatio: et ea quam matheus enumerat dicens. Jacob autem genuit ioseph: et ea quam lucas competenti obseruatione designata et vna qui putabatur esse filius ioseph: qui fuit iacob. Qui et ipse subsonante eadem distinctione: heli esse filius putabatur qui fuerat melchi: quia legalem hanc successionem q̃ velut adoptiõe quadã erga defunctos ꝯstat magisqꝫ germinis veritatẽ: cõpetẽti satis per hoc designauit indicio obseruans euangelista: ne oino in huiuscemodi successionibus genuisse aliquem noiaret: p quod digna distinctione non descẽdens: sed ascendens vsqꝫ ad adam: et ad ipsum vsqꝫ peruenit dominum.

C ¶ Hec autem non nobis ad subitũ reperta: aut absqꝫ vllis autoribus commentata sunt: sed ipsi hic saluatoris nostri scd̃m carnẽ propinqui seu studio tanti seminis demonstrandi seu edocendi q̃ secundum veritatem gesta sunt tradiderunt. Attendẽtes etiam hocqꝫ cum idumei latrones ascalonitate ciuitati irruẽtes: de apollinis templo quod muro vrbis adherebat cum ceteris spolijs etiam antipatrem herodis cuiusdã editui filiũ captiuum diripuissent. accidisse postmodum: vt ad amicitias hircani pontificis antipater perueniret. Cuius principatum cũ in quãplurimis iuuisset: defuncto eodẽ hircano herodi filio suo a romanis p ambitionem regnũ iudee acce-

ro qui raptores cibo preuenisset assum
pto: crudelius seuiebāt. et excogitabant
dira supplicia: obturantes infelicibus
naturales digestionum meatus. Aliis
vero preacutas sudes per eadem verē-
da adigētes (horresco q gesta sunt refe-
rens) ad ꝯfessionē per hoc vnius panis
aut ciati farine: miseros perurgebant.
Nam ipsi tortores nec patiebantur fa-
mē. (Esset enim quodāmodo tolerabi-
lius: si hoc compulsi inedia facere vide
rent) sed vt vel prepararēt sibi imposte
ruz cibos: vel vt crudelitas exercitio cō
ualesceret. In his etiā si quis forte fur-
tim per stationes hostium pro colligen
dis herbis eripuissent: occurrentes eis q
hostium manus effugisse gauderent di
ripiebant quicquid attulerant. Suppli
cantibus aūt et terribile quoddā sibi no
men dei inuocantibus vt vel partē ali-
quā ex iis que cū mortis e periculo q̄sie
rant indulgerent: nihil prorsus p̄bebāt:
sed hoc beneficiū loco cesserat: si compre
hensum viuum licuisset euadere.

B ¶ His aūt post aliquanta adiun-
git dicens. Iudeis vero cū egressu vr-
bis omnis pariter spes excludebat sa-
lutis: et inualescens acerbitas famis:
domos simul et familias gentemq̄ va-
stabat. ita vt impetrabilibus strata iace-
rent mulierum paruulorūq̄ cadauera.
Per plateas vero infelicium senū corpora
fame magisq̄ etate ꝯsumpta. Iuuenes
vero atq̄ omnis etas robustior: velut
simulachra quedaz in viis et egressibus
oberrabant corruentes quocunq̄ loci
gressum subruisset inedia. Sepelire au
tem cadauera proximorum: nec defun-
ctorum multitudo: nec virium debili-
tas permittebat: simul et pro sue vnus-
quisq̄ vite incerto. Deniq̄ aliquanti su-
pra eos quos sepeliebant animas emi-
sere. Multi etiam dum prosequunt fu-
nera priusq̄ ad sepulchrum veniretur
efflabant. Sed nec plāctus ex more de-
functis exhibebatur aut luctus qr hoc
sibi totum vendicauerat fames. Sz nec
aridas inedie humorem cui quam relī-
querat lachrymarum. Obsederant ciui
tatem profunda silentia: et nox plena
mortis cūcta cōtexerat. Quibus malis
omnibus grauiores soli vigebant pre-
dones: qui nec sepulchra quidem diri-
pere et spoliare cadauera. Illicitum du
cebant. Non tam predam petentes q̄
scelus irrisione cumulantes: et aciem
gladiorum suorum in cadauerum ob-
truncatione probantes. Interdum etiā
in nōnullos adhuc spirātes mucro exa-
minandus agebatur: quod alii semi-
ces cum viderent: supplices dexteras
extendebant vt in se quoq̄ beneficii lo-
co conuerterent scelus quo scilicet cru-
ciatibus famis velocius absoluerētur.
Sed nouo crudelitatis genere: necem
quam sponte inferebant si rogarentur
negabant. Cum tamen vnusquisq̄ defi
cientium cum gemitu oculos retorque-
ret ad templum: non de morte propria
dolens: sed de impunitatē predonum
quos superstites derelinquebant. Et pri
mo quidē sumptu publico sepelire mor
tuos iusserant fetoris intollerantia: vt
vero omnē sumptum cepit vincere mul
titudo morientium: de muro cadauera
precipitabant.

D ¶ At cum titus circuiens perui-
disset repletos mortuorum cadauerib9
vallos: et humani corporis tabe patriā
terram rigari: cum ingenti gemitu ele-
uatis ad celum manibus deuz inuocat
testem: hoc suuz opus non esse. Et post
aliquanta iterum talia quedam prose-
quitur. Non cunctabor inquit proferre
quod sentio. Arbitror enim quod etiam
aduersum impios ciues romanorum
paulisper arma cessarent: aut hiatu ter-
re aut aque diluuio aut sodomitanis
ignibus et fluminib9 celitus tortis sup
plicium ciuitas dependisset: que multi
to infaustiorē illis q̄ hec perpessi sunt a

nequiorē virorū presentē hanc ꝓtulisset etatē:ꝑ quibus et omnis gens pariter mereretur extingui. Sed et in sexto libro de eisdem talia scribit. Et eorū inquit qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebantur: multitudo innumerabilis erat: quorū nec explicari miseria potest. Per singulas nāqꝫ domos sicubi fuisset aliquid cibi repertum: bella continuo ⁊ cedes inter caros ipsosqꝫ parentes ac liberos nascebantur dum non solum e manibus: sed ex ipsis etiaꝫ faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat. Sed et ipsi cum iam spiritum exalarēt perscrutabantur a predonibus ne cui forte intra gremium cibi aliquid recedisset. Alij autem per mediā hiātes velut rabidi canes huc atqꝫ illuc ferebantur: et quasi insania quadā exagitati in easdem domos sub momēto temporis iterum ac sepius irruebant. Omnia tamen necessitas vertebat in cibum etiaꝫ illa que nec mutis quidem animalibus edere vsus fuit. Ad vltimū ne loris quidem vel singulis aut ipsis etiam calciamentis abstinuerunt. Portarum quoqꝫ indumenta detrahentes: conficiēda dētibus ingerebant. Nonnulli et feni veteris festucas edebant. Sed ⁊ quisquilijs vndecunqꝫ collectis paruissimum pondus dragmis quattuor distrahebant.

D ¶ Sed quid opus est per hec pondus famis illius explicare cū gestuꝫ sit ibi facin⁹ quod neqꝫ apud grecos neqꝫ apud barbaros vllus accepit auditus horrendū quidē dictu auditu vero incredibile. Equidem libenter tam insigne facinus siluissē ne quis me crederet mōstruosa narrare: nisi multos memorie nostre viros te cōmissi sceleris habuissem. Porro vero nec alidd in patrie prestare me arbitror: si sustrahā eorꝫ malorū verba quorꝫ pertulit facta. Mulier quedā ex his q̄ vltra iordanis alueū cōmanebāt maria noīe eleazari filia de vico bethezob qd̄ interpretatur domus ysopi genere ⁊ facultatib⁹ nobilis cum reliqua multitudine q̄ cōfluxerat hierosolymis reperta cōem cum oībus obsidionis casum ferebat. Huius reliquias quidē facultates quas e domo in vrbeꝫ cōuexerat tyrāni inuasere. Si quid vero reliquiarꝫ ex magnis opib⁹ fuerat quibus victum quotidianū per tenuē duceret irruentes per momenta predonum satellites rapiebant. Pro quibus ingēs mulierē velut insana iam quedā ex indignatione fatigabat: ita vt interdū predones maledictis necem sui ⁊ cōuicijs instigaret. Verū neqꝫ irritat⁹ quisqꝫ neqꝫ miseratus eā perimeret ⁊ si quid forte cibi fuisset ab ea quesitum ab alijs querretur nec iam vsqꝫ reperiendi copia fieret. Fames autem dira visceribus ipsis insisteret ac medullis: ⁊ ad furorem iam perurgeret inedia fame ⁊ ira pessimis vsa consultorib⁹ contra ipsa iam armaē iura nature. Erat namqꝫ ei sub vberib⁹ paruulus filius. Hunc ante oculos ferens infelicis inquit matris o infelicior fili in bello fame et directione predonuꝫ cui te seruabo. Nā ⁊ si vita sperari possit iugo romane seruitutis vrgemur. sꝫ nunc ⁊ ipsam seruitutē preuenit fames. Predones ꝓo vtraqꝫ vi grauiores perurgerent. Veni ergo nunc o minate esto matricibus predōnib⁹ furor seculis fabula que sola deerat cladibus iudeorꝫ. Et hec cum dixisset simul filiū iugulat. Tum deinde igni superpositum torret: et mediū quidem cōsumit: mediuꝫ vero seruat obtectū. Et ecce cōfestim ꝑdones irruunt ob vste carnis nidore concepto mortem minantur: nisi sine mora cibos quos paratos senserant demonstraret. Tum illa equidem partē inquit vobis optimā reseruaui. Et continuo que superfuerant membra detexit infantis. At alios repente ingēs horror inuasit: ⁊ immanes quāuis animi diriguere vox faucibus interclusa est. Illa vero truci vultu ⁊ ipsis iā predonibus truculētior meus inquit hic filius meus est partus ⁊ facin⁹ meū est. Edite. Nā et ego prior comedi quē genui. Nolite effici aut matre religiosiores aut femina molliores. Qd̄ si vos pietas vincit ⁊ execramini cibos meos ego q̄ iam talibus pasta sum ego his iterū pascar. Post hoc illi territi tremētesqꝫ discedūt q̄ hūc solū ex oībus facultatibus misere matri relinque

rāt cibū. Repleta est aūt confestim ci=
uitas vniuersa nefarij sceleris nuntio.
Et vnusquisqȝ ante oculos facin⁹ ꝑpe
tratū fuerat adducens: tanqȝ si ipse hoc
perpetrasset horrebat. oēs aūt quos fa
mis necessitas perurgebat festinabant
magis ad mortē beatos dicētes eos q̄=
bus ꝯtigit interisse pꝰusqȝ taliū maloꝝ
polluerent auditu. Hacten⁹ iosephus.

¶ Capitulū. v. de his que a christo
predicta sunt.



Bitur iudeos pro
his que in
xp̄m cōmiserunt piacu=
lus talis cōsecuta est pe=
na. Dignū aūt ē huic hy
storie adhibere dn̄icas
voces quib⁹ ipse saluator talia secutu=
ra esse ꝓdixit. Ve aūt ait pregnantibus
⁊ nutrientib⁹ vel lactātibus in illis die
bus. Orate aūt vt non fiat fuga vestra
hyeme vel sabbato. Erit enim tunc tri=
bulatio magna qualis non fuit ab ini=
tio seculi neqȝ erit. Colligēs aūt supra=
dictus hystoriographus omnē numeꝝ
peremptorum vel fame vel ferro vnde
cies centena milia designauit Ceteros
vero latrones ⁊ sicarios ac ꝓdones post
vrbis exidiū mutuis declarat interisse
vulnerib⁹. Electos aūt quosqȝ iuuenum
quos decoret proceritas corporis cōmē
dabat ad triumphū dicit esse seruatos.
Reliquos aūt qui supra decē ⁊ septem
annos agebāt etatis vinctos ad opera
egypti per metalla designatos et per
ceteras prouincias esse dispersos. Alij
quidē vt ludis gladiatorijs: alijs vt be=
stijs traderent: Si qui vero intra septi=
mū ⁊ decimū etatis reperti sunt annuꝫ
per diuersas prouincias in seruitutem
distrahi iussi sunt: quorū numerus vsqȝ
ad nonaginta milia perductus est. Hec
vero oīa gesta sunt secūdo anno imperij
vespasiani iuxta ea q̄ ipse dn̄s ⁊ salua=
tor noster iesus xp̄s predixerat. Quippe
qui ea que gerēda erāt presentia iaꝫ vi
deret tūc cum ꝫm euangeliorū fidē. Vi=
dens ciuitatē fleuit super eā ⁊ velut in
aurib⁹ eius prelocutus est hec v̄ba. Si
agnouisses inquit ⁊ tu i hac die que ad
pacem tibi sunt nunc abscōdita sunt ab
oculis tuis. Quia venient dies in te: et
circundabūt te inimici tui vallo ⁊ circū=
dabunt te ⁊ perurgebūt te vndiqȝ ⁊ ad
solū reducēt te ⁊ filios tuos q̄ in te sunt.
Sed ⁊ rursum tāqȝ de populo dicēs erit
enim (inquit) necessitas magna super
terram ⁊ ira populo huic: ⁊ cadēt in ore
gladij: ⁊ captiui ducentur in oēs gentes
⁊ hierusalē erit cōculcata a gentib⁹ vsqȝ
quo cōpleantur tp̄a gentium. Et iteruꝫ
Cum autem videritis circūdari ab exer
citu hierusalem tunc scitote quia appro
pinquabit eius desolatio. Cōparet nūc
vnusquisqȝ dn̄i ⁊ saluatoris nostri ser=
mones cum hystoriographi relatione
de bello qđ gestum est atqȝ excidio ciui
tatis. Et videns mirā diuine prescien=
tie virtutē agnoscat predicentis diuini
tatem. Hec quidem iudeoꝝ genti post
passionē saluatoris iusta vltione vene=
runt pro eo ꝙ auctoreꝫ vite a semet vni
uersa gens conclamauit auferri. Verū=
tamen nihil obstat ea addere per q̄ pie=
tas et clementia dei licet ingratis vide
tur oblata. Quadraginta nāqȝ post ad=
missum piaculum continuis protracta
annis impiorū pena differtur. In qui=
bus ⁊ apostoli omnes precipue tamen
iacobus qui dicebatur frater domini in
hierosolymis episcopus cōstitut⁹ inde
sineter populū cōmisse impietatis ⁊ fe=
ralis ausi de scelere cōmolebant si forte
possent cōmisi plenitudinē gerere si pos
sent flere pro scelere ⁊ vltrices penaruꝫ
flammas lachrymarū vbertate restrin=
gere. Ostendebat nāqȝ eis deus per suā
patientiā ꝙ ipsorum quereret peniten=
tiam. Quia non vult tantum deus mor
tem pctōris quantum vt conuertatur ⁊
viuat.

¶ Cap. vj. de portentis ante bellum
in vltionē mortis xp̄i iudeis immissuꝫ.



Ollire aūt ad
huc mētis eoꝝ duritiā nite
bat diuina maiestas signis
⁊ ꝓdigijs celitus datis ter=
rores simul ⁊ minacē dexterā ostenden
do potiusqȝ inferēdo. De q̄b⁹ supradicti
hystoriographi fides vt in ceteris etiā
in hoc sufficiēs erit. Relegam⁹ ergo q̄d

in sexto hystoriaꝝ suaꝝ libro de his ipse signauerit. Sed infelicē inquit plebē re territi quidem hoīes ⁊ deceptores fal sa vaticinantes suadebāt vt euidētib⁹ signis ⁊ iudicijs iracūdie ⁊ indignatio- nis diuine non crederent. Quibus aper te futurū ⁊ vrbis ⁊ gentis presagiebat exidiū. Sed velut afflati et amentes ⁊ q̄ neqꝫ oculos neqꝫ animaꝫ in se haberent spernebant omnia que celitus nuncia- bantur. Etenim stella perfulgens gla- dio per omnia sitis imminere desuper ciuitati, ⁊ cometes preterea exitiabili- bus flāmis ardere per totū visa est an- num. Sed ⁊ ante excidi tēpus ac belli: cū populi ad diem festum azimoꝝ con- uenirent octaua die mēsis sandicis qui est aprilis noctis tpe hora nona tantus luminis fulgor arā templūqꝫ circunde- dit: vt putarent oēs diē clarissimū factū ⁊ permāsit spacio hore dimidie. Quod imperitis quidem ⁊ ignaris prosperuꝫ videbatur. Sed legisperitos ⁊ probos quosqꝫ doctores nō latuit exitiale por- tentū. In eadē quoqꝫ festiuitate vitula sacrificijs admota ⁊ aris assistentes in- ter ipsas ministrorum manus enixa est agnā. Sed et ianua interioris edis que respiciebat orientē cum esset ere solito induta ac proinde immēsi pōderis: que vix viginti viris summo conatu impel lentibus clauderetur: ferreis quoqꝫ ve- ctibus ⁊ seris munita ac pessulis in altū demissis teneretur obstricta: repēte ho ra noctis sexta apparuit spōte patefa- cta. Sed et transacto die festo post ali- quot dies prima ⁊ vicesima die mensis artemesij q̄ maius apud nos vocat̄ pdi giosus apparuit visus ⁊ fidē pene exce- dens: q̄ vere falsum putaret̄: nisi oculo rum fidem confirmasset maloꝝ cōsecu- ta pernicies. Etenim ꝓpe solis occasuꝫ visi sunt currus ⁊ quadrige in oī regio- ne p aerē ferri ⁊ armatoꝝ cohortes mi- sceri nubib⁹ ⁊ vrbē circūdari agminib⁹ improuisis. In alio aūt die festo q̄ pen- thecostes appellat̄ noctu sacerdotes in gressi tēplū ad ministeria ex more com- plenda primo quidem motus quosdaꝫ strepitusqꝫ senserunt. Tum deinde vo- ces subitas audiunt dicentes. Migre- mus hinc. Additur his etiam aliud ter ribilius. Etenim quidē anani filius ie sus noīe vir plebeius ⁊ rustic⁹ ante quār tum belli annū cū ciuitas in pace ⁊ abū dantia perduraret in die festo taberna- culorum repente clamare cepit. Uox ab oriente: vox ab occidente: vox a quat- tuor ventis: vox sup hierosolimā ⁊ sup templum: vox super sponsos ⁊ sponsas: vox super populū. Et indesignanter die noctuqꝫ per omnes plateas circuiens hoc clamabat: vsquequo quidem pri- miores ex populo viri velut infausti pre sagij indignatione commoti corruptuꝫ hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaq̄ pro se aliquid loquens: sed ne eos quidem qui circunsteterant deprecans easdem voces pari obstina- tione et clamore repetebat. Tunc prin- cipes intelligētes: vt res erat numinis esse motum in viro: perducunt eū ad iu dicem romanum. Apud quem flagris vsqꝫ ad ossa laniatus neqꝫ preces neqꝫ lachrymas fudit: sed eandē voceꝫ mise- rabiliter ⁊ cum quodā vlulatu emittēs per singula pene verba proferebat ad- dens etiam hoc Ue ve. Prosequitur et aliud idē hystoriographus maiore ge- stum miraculo: dicens oraculū quoddā in sacris lr̄is repertuꝫ q̄d per idem tp̄s virū designaret ex eorum regione pro- cessurum qui totius orbis potiret̄ impe rio. Cuius oraculi presagium idem hy- storiographus Uespasianum declara- re est suspicatus. Sed vespasianus non alijs q̄ illis solis gentibus q̄ romano imperio videbant̄ subdite dn̄atus est. Unde iustius ad xp̄m hec rn̄sa referant̄ ad quā dixerat pr̄. Pete a me ⁊ dabo ti- bi gētes hereditatē tuā ⁊ possessionem tuā terminos terre. Et cui⁹ p idē tp̄s p aplos suos in oēm terrā exierat sonus ⁊ in fines terre verba eorum.

¶ Capitulū. vij. de iosepho ⁊ quos reliquerit libros.



Opere preciū sane est post ista agnosce re quis fuerit hic ioseph⁹ et vnde vel ex quo genere originē duces: qui tantam

nobis materiam rerum gestarū cognitionē qꝫ prestiterit. Exponit ergo etiā hoc ipse de se hoc modo scribens. Josephus mathie filius ex hierosolymis sacerdos q̄ et ipse primo bello romanos oppugnauerit: ꝛ posteriorib⁹ nihilominus interfuerit ꝑ̄ijs necessitate ɔstrict⁹ Cōstat ergo hunc virū ꝑ idē tp̄s nō solū apud romanos habitū: esse nobilissimū ita vt litterarū merito in vrbe roma etiā statuto donaret ꝛ libri eius bibliothece traderent. Cōscripsit nāqꝫ antiq̄tatū historiā in .xx. libris. Belli vero iudaici cū romanis habiti hystoriā septē voluminib⁹ cōprehendit. Quam nō solum greca facūdia. verū ꝛ patrio: id est hebreo sermone suis etiam ciuibus se edidisse confirmat: dignus cui pre ceteris omnibus debeat credi. Sed ꝛ alia eiusdē viri extant de iudeorum vetustate duo volumina. In quibus contra dicere appioni cuidam grammatico videtur: q̄ illis tpibus aduersum iudeos scripserat et ad alios quosdam qui morem gentis iudeorum atqꝫ instituta lacerauerant. In primo ergo ex his duobus libro q̄ volumina apud hebreos in auctoritate habeantur ſm maiorū traditionem per hec edocet.

¶ Capitulum. viij. quomodo iosephus pulchre diuinarū meminit scripturarū.



Exigit innumera inq̄t apud nos habētur volumina inter semuicē discordātia. Sz duo tm̄ ꝛ viginti sunt libri qui oīm temporū seriem ɔtinent. Qui ꝛ iuste creduntur diuinit⁹ inspirati. Ex q̄bus q̄nqꝫ sunt moysi cōtinētes legis vite ꝛ successionis humane ꝓsapiam vsqꝫ ad ipsum moysei terminū ꝑtendentes. Qui paulominus ad tria milia annorū continentiā gerunt A morte vero moysei vsqꝫ ad artarxerxem qui post xersem regnauit apd̄ persas q̄ gesta sunt prophete quiqꝫ ꝑ ea tempora tredecim voluminibus conscripserunt. Reliq̄ vero quattuor libri hymnos i deū ꝛ vite istituta ac monita mortalibus tradunt. Ab artaxerxe ꝟo vsqꝫ ad nostrum tempus scripta sunt q̄dem oīa fide tamē nō eadē que primis habetur digna ducuntur pro eo q̄ non ita extiterit prophetarum iugis ꝛ explorata successio. Rebus igitur ipsis cōstat q̄ nos venerabilr vtamur scripturis nostris. Nā cum tot secula intercesserint neqꝫ addere quis vnq̄ neqꝫ auferre aut permutare q̄d ausus est. Sed oibus gentis nostre hoībus insita hec quodāmō atqꝫ ingenita fides est: credere hec dei eē ɔsulta ꝛ his iugiter īherere ac ꝓ ipsis si ita res poposcerit libenter ꝛ aīaꝫ ponere. Sit etiā hec pars hystoriographi in his locis a nobis. vt arbitror non incompetenter inserta. Est adhuc ꝛ aliud eius elegās satis volumen quod animus sit qui imperium teneat in nobis. Quem libellū quidā machabeorū attitulauere ꝓ eo q̄ certamina inibi ꝛ agones ꝓ pietate a machabeis fratribus desudata contineat. Sz ꝛ in fine vicesimi antiquitatum libri significat idē ipse ꝓposuisse se quattuor voluminibus cōprehēsurum ſm fidē ꝛ religionē patriā de deo ꝛ substātia ac legibus ꝛ cur q̄dā apud eos liceāt q̄dā ꝟo nō liceāt. sed ꝛ alia nōnulla opuscula a se dicit esse ɔposita. In fine etiam supradicti vicesimi libri antiquitatum iustū quendā ex tyberiade qui conat⁹ sit hoc idē ɔperis q̄d ipse explicuerat aggredi arguit falsitatis per hec verba. Sed non ego te imitatus sum in his que cōscripseram. Ipsis etem̄ imꝑatorib⁹ obtulit libros meos cū adhuc ipā q̄ gesta sunt pene in oculis haberent. Quippe q̄ conscius mihi essem ſuate in oib⁹ veritateꝫ: nec me de eorū testimonio fefellit opinio. Sed ꝛ alijs pluribus obtulit quorū multi etiā ipsis interfuere bellis sicut Agrippa rex ꝛ nōnulli ei⁹ ꝓpinq̄ Et imꝑator quidē Titus intantū ꝓbauit ex istis debere libris ad oēs hoīes rerum gestarū noticiā peruenire: vt manu sua subscriberet publice ab omnib⁹ res teneri. Rex vero Aggripa sexaginginta ꝛ duabus epistolis de operis nostri veritate testat⁹ est: ex quib⁹ ꝛ duas inserui. Sed de his satis dictuꝫ est nūc ad narrationis nostre seriē redeamus.

¶ Cap. ix. q post iacobum symeon hierosolymorum rexit ecclesiam.

Post martyriū iacobi et cōtinuo consecutū ciuitatis excidium traditur apostolos ceterosq; domini discipulos: qui ad illud tps reliq erāt in vnū ex locis oībus cōuenisse simul cū his q ppinqui fm carnē dñi dicebant. Plurimi namq; ex his per illud tempus super erant et habuisse in commune consilium quē oporteret dignū successione iacobi iudicari: Oēsq; vno cōsilio atq; vno ɔsensu. Symeonē cleophe filiū decreuisse. Cui⁹ mētio in euāgelij facta est: vt epatus sedē susciperet. Cō sobrinus his fm carnē saluatoris fuisse dicebatur: quia cleophem fratrē fuisse ioseph egesippus testatus est.

Capitulum. x. q vespasianus posteritatem dauid iussit inquiri.

Per idē tēpus vespasianus post excidia hierosolymorū omnes si qui forte ex familia dauid superfuissent apud iudeos velut regalis prosapie viros perquiri iubet. Unde etiam pro hac causa grauissima iudeis persecutio exorta est a tito filio vespasiani. Sz vespasiano decennio principatu ministrato titus fili⁹ in imperio successit. Cui⁹ scdo regni anno. Linū. xij. annis in sacerdotio trāsactis vrbis rome episcopatū tradidisse anacleto ferunt.

¶ Capitulū. xj. de ordine et successione episcoporum alexandri et rome simul et de epistola clemētis ad corinthios.

Sed titus nō amplius q̄ duobus annis totidēq; mēsibus principatu romani apicis mīstrato Domitiano fratri summā rerū relīqt. Quarto igit anno domitiani apud alexandriā Anianus. xx. et duob⁹ annis ministrato sacerdotio defunctus est. In cuius locū scds succedit abili⁹. ¶ In vrbe vo roma. xij. anacletus annis in epatu exactis sacerdotij sedem clemēti tradit. ¶ Quē adiutorē suū paul⁹ apostolus philippēsibus scribēs designat dicēs. Cū clemēte et ceteris adiutoribus meis quorū nomina sunt in libro vite. Hui⁹ clemētis epistola habet ad corinthios scripta a pcipua plane et valde mirabilis: quā velut ex psona romane ecclesie dictauit cū dissensio apud corinthios fuisset exorta quam epistolam in plurimis ecclesijs publice legi et veterū et nostris etiā temporibus cōstat.

¶ Capitulū. xij. de persecutione sub domitiano.

Verū de seditiōe facta apd corinthios ac dissentiōe plebis testis valde fidelis. Egesippus indicat hoc modo dicēs. ¶ Multa et erga multos crudelitate domitian⁹ exercitata plurimisq; in vrbe roma nobilib⁹ et illustrib⁹ viris nullo iure nullaq; rōne trucidatis innumeris etiā in exiliū trusis et bonoꝝ direptione mulctatis ad vltimū ne romane theomachie et impietatis successor efficit. Scdus h quippe ab illo psecutionē molit i nros. cū vtiq; pater su⁹ vespasian⁹ nihil ɔtra nostris irrogauerit iniurie.

¶ Capitulū. xiij. de iohanne euangelista et reuelatione eius.

Quo in tēpore apl's et euāgelista iohes ad pdicatiōnē vbi diuini et testimoniū vitatis in insulā pathmos tradit ablegat⁹. Deniq; hireneus scribēs de ɔpoto nois antixpi qd ɔtinet in reuelatiōe q dr iohānis qnto. aduersuz hereses libro hec de ipo Jo. ɔmemorat q si oporteret inqt apti⁹ in hoc tpe de isto noie pdicari: a q magis potuerat apiri nisi ab eo q ipā reuelationē vidit. Neq; eīn multū tpis est: sz pene nra etate. In fine et eīn domitiani pncipat⁹ exorta est. Intm vo p idē tps fidei nre instituta florebāt vt et nōnulli alieni a religione nra scriptores: hystoriarum suarum tradiderint monumētis et de psecutionib⁹ illi⁹ tēporis et et de martyrijs q et diligenter explorato tpe designāt q qntodecio anno domitiani

p̄ncipis: cū alijs plurimis ab eo, et flauia domicella sorori filia flaui clemētis vni⁹ tūc ex consulib⁹ viri ob testimoniū qd xpo phibebat i isulā pōtiā noie deportata ē.

¶Cap.xv. q posteritatem dauid domitianus perimi iussit simul et de. psapia christi ex testimonio egesippi.

Apud ipsuz vero domicianū cū iussisset oēs pimi q de genere dauid et regia stirpe descēderēt vetus traditio tenet: q delati sint qdē qsi eēnt de posteritate iude quē fratrē fuisse saluatoris s3 carnē tradūt: quicq du plici vrgebāt inuidia. velut qui ex dauid gñe. et ex ipsi⁹ xpi ppinqtate descenderēt. Que egesippus p ordinē his verbis refert. ¶Adhuc aūt viuebāt qdaz de carnali gñe dñi nři nepotes iude: ei⁹ q sm carnē freter dñi dicebat. Quos qdē detulere tanq ex dauid stirpe venientes. Hos reuocat⁹ qdā noie q i hoc missus fuerat pducit ad domitianū cesarē Et ipe eē formidabat de aduētu xpi sicut et initio herodis. Interrogati g a domitiano si eēnt ex familia dauid confessi sunt. Tūc qsiuit ab eis quātis possessionib⁹ vel quanti essent facultatibus prediti. At illi respōderūt q vtriq nō amplius esset in bonis nouē milib⁹ denarijs Ex qbus singlis ps media pportione deberet. Nec hec sibi in pecuniā subsistere: sed in estimatione terre q eis esset in quadraginta min⁹ vno iugerib⁹ constituta. Quā suis manib⁹ excollētes vt et ipsi alerent: et vt tributa dependerent. Simul et testes ruralis et diurni operis man⁹ labore rigida et callis obduratas pferebant. Interrogati: vo de xpo quale sit regnū eius vel qñ ipe sit vñ aut qñ ventur⁹ rñderent q non huius mudi regnū: neq huius terre ei designet im perium: sed q celeste ei regnū p angelorum ministeria in cōsummatiōe seculi parebit: qn̄do scz aduenturus in gloria de viuis ac mortuis iudicabit et restituet vnicuiq p factis ac meritis suis. Ad hec domitian⁹ cū neq in eis quicq criminis inueniret et vtilitatez eorum qs maxime contemneret. abiret eos liberos iubet. Sed et per secatione quā aduersus ecclesias agitari iusserat datis rursum cōpescit edictis. Illi vo dimissi ab eo vel martyrij merito vel tantē ppinquitatis prerogatiua pacis iā tpe duces eccl'ie effecti vsq ad traiani tpa pmanserūt. Hec quidē Egesippus. Sz et tertulian⁹ de domitiano talia refert dicēs. Tēptauit aliqñ et domitian⁹ sitē aliqd portio neronis d crudelitate: sed qsi hō cito destitit ita vt etiā eos quos in exilium miserat reuocaret.

¶Cap.xvj. de successiōe quorūdam imperatorū et episcoporum.

Post domitianū vero quindecim annis imperio potitū. Nerua suscepit pricipatū. Sub quo omnes quidem honorum tituli q in domitianū collati fuerāt detrahunt. Reuocari aūt quicunq ab eo in exilium trusi sunt ac recipere facultates ex senatuscōsulto iubent. De quib⁹ singuli testimoniū phibent qui gesta illorum temporum cō scripserunt. Tunc igit apostolum ioannem post absolutionē insule ephesum quasi ad scholaz ppriam redisse nostrorum scriptores declarāt. ¶Nerua vo post annū plus minus defuncto. traianus succedit in imperio. Cuius primo principat⁹ anno ab illius apud alexandriā tredecim annis sacerdotio mistrato diem obijt. Cui succedit Cerdon tertius in sacerdotiū. Qua tēpestate in vrbe roma clemēs quoq tertius post paulū et petrū pontificatum tenebat. Sed et apud anthiochiā euodius primus fuerat et scōs ignatius hierosolymis quoq symeon scōs post Jacobum fratrem dñi hisdē tpib⁹ gubernabat ecclesiaz.

¶Cap.xvij. de ioanne euangelista.

His bis superstes adhuc apud asiā demorabat ipe ille quē amabat dominus iesus apostolus simul atq euangelista. Joannes ecclesiarum que ibi erāt gubernacula gerēs post domitiani vt diximus obitūz regressus ex isula. Quodquia ita se habeat duobus fidelibus testibus approbabo. Hyrenceus et Clemens alexandri-

nus huic veritati astipulantur. In secūdo aduersus hereses libro. Hyreneus hoc modo scribens: et omnes inquit presbyteri testes sunt qui in asia Johannē discipulū domini viderunt et sciunt hec tradidisse iohannē: qui et pmansit apud eos vsqz ad tēpora traiani. Item in tertio eiusdē operis libro idem scriptor de hisdez ita testatur. Ecclesia inquit q̄ est apud ephesum a paulo quidē fundata est a iohanne vero edificata: qui pmansit in ea vsqz ad tēpora traiani. habes hūc testem fidelē de apl'i tēporibus cōtestantē Accipe q̄d etiā clemēs cui' pariter pmisimus testimoniū dicat hystoriā quandaz p necessitatē simul texens. Quā nos quoqz si inferamus vtilē fore legentib' credim'. Scribit ergo hec.

¶ Cap. xviij. quō iohannes adolescentē indolis ducē latronū factum reuocat ad ecclesiam et cōuertit.

Audi inquit fabulam et nō fabulam: sz rē gestam de iohanne apostolo memorie olim traditā. Cū post tyrāni obitū de pathmos insula ephesum rediret: rogabatē etiam vicinas illustrare puincias: quo vel ecclesias fundaret: in quib' nō erāt locis et in quibus erant sacerdotib' ac ministris instrueret fm quod ei deus quoqz spiritussanct' indicasset. Cū igitur venisset ad quandā vrbem haud lōge positā oibus ecclesiasticis solēniter adimpletis vidit iuuenē quendam validum corpe et vultu elegantē sed et animus acrem nimis respiciensqz ad epm qui nuper fuerat ordinatus. Hūc inqt tibi summo studio commēdo: sub testimonio christi et totius ecclie. Tuz ille suscipiēs oēz se adhibiturū sicut precipiebat diligentiā pollicetur. Sed iterū atqz iterū eadem sepius repetens iuuenem cōmēdabat attentius. Et post hec ephesum rediit. Tum vero episcopus adolescētē in domū suaz suscepit commēdatum et cuz omni diligētia enutrit amplectitur fouet. Ad vltimū etiaz baptismi gratiam tradit. Post hec iam velut confidens gratie qua fuerat cōmenitus paulo indulgētius habere iuuenem cepit. Sed ille vbi immatura libertate potitus est: ptinuo per equeuos (q̄bus luxus et desidia cordi est) amarce vitia: et corrupte vite incedere tramitē pdocet. Et primo quidē cōuiuiorū illecebris decipitur. Inde nocturnis eū furtis sociū sibi participemqz consciscunt. Post hoc etiā ad maiora flagitia ptrahunt. Cū interea sensim iuuenis forma batē et instituebatē ad scelera et q̄ eē acer ingenio sicut equus infrenis et validus durisnior' obfirmatus recti itineris lineā derelinquēs rectore ptempto rapido cursu tot' fert in pcepita succedentib' sibi malis: vt desperationez qz adeo sibi pstite salutis acciperet. Dedignat iam de paruis sceleribus cogitare: grandia queqz molit et ex integro pditioni se tradēs nulli inferiorē se in flagitiis patit. Deniqz illos ipsos q̄ prius magistri criminū fuerant discipulos facit. Et latranū ex his turmā qbus ipse dux et princeps violēt' pesset instituit et cū his omni crudelitate grassat. Vertpe elapso cū rei ita poposcisset vtilitas inuitat iterū ad illā vrbē iohānes. Et cū cetera quoz gratia venerat ordinasset: age inquit o epe depositū repre senta qd tibi ego plane et xps pmēdauimus ecclesia teste quā regis. At ille obstupuit primo pecuniā putās a se reposci quam non acceperat. Sed rursum considerabat nec posse fallere iohannē nec qd nō dedit querere herebatqz igit stupens. Quā iohānes herētem vidēs iuuenem inquit illū repeto a te et animaz fratris. Tunc grauiter suspirans senior et lachrymis resolutus ille ait mortuus est. Quomodo inqt vel quali morte. deo ait mortuus est qz pessim' et flagitiosus euasit. Ad vltimū etiā latrocinium aggressus est. Deniqz nunc montē quendā cū multa latronū manu occupauit. Quib' auditis Apl's vestē ptinuo qua erat indut' scidit et cū ingēti gemitu feriens caput suū bonū inqt te custodē fris aie dereliqui. Sz iam nūc mihi equ' paret et dux itineris. Et pfestim ab ipa ecclia ascēdēs concit' ppe rabat. Cumqz puenisset ad locū attine-

tur ab his latronibus qui custodias ob seruabant at ille neqꝫ effugere neqꝫ ꝑsus declinare vsqꝫ nitens ingenti tãtuꝫ voce ꝓclamabat: qꝛ ad hoc ipꝫ veni. adducite mihi principem vrm̃. Qui cũ veniret armatus eminus agnito iohãne apostolo pudore actus in fugam vertitur. Ille equo post eum admisso confestim insequitur fugitantẽ etiã etatis oblitus simul ⁊ clamans. Quid fugis o fili patrem tuum. quid fugis inermem senem miser noli timere habes adhuc spem vite: ego autem rationem reddã ꝓ te certe: ⁊ mortem ꝓ te libenter excipiam sicut et dñs excepit pro nobis: et pro tua anima dabo animã meã. Sta tantuꝫ et crede mihi qꝛ christus me misit. At ille audiens restitit: ac vultũ demisit in terraꝫ. Post hec arma proiecit. Tum deinde tremefactus fiebat amarissime: ⁊ accedentis ad se senis genib⁹ ꝓuoluitur. gemitibus et vlulatib⁹ quibus poterat satisfaciens. ⁊ vberrimis lachrymarum suarum fontibus iteruꝫ baptizabatur occultans solaꝫ dexterã suam. Apostolus vero iurisiurandi sacramento se ei a saluatore impetraturũ veniam pollicens simulqꝫ genibus ei⁹ ꝓuolutus: atqꝫ ipsam dexteram ex cuius [sceleris conscientia torquebat] tanqꝫ iam per penitentiam purgatã deosculans ad ecclesiam reuocat. Et indesinẽter ꝓ eo orões profundens: et cũ ipso pariter ducens crebra ieiunia: indulgẽtiam a deo quã ei pollicitus fuerat expetebat. Sed et varijs sermonum cõsolationib⁹ velut quibusdam precãtationib⁹ efferos ⁊ exterritos eius animos mitigabat. Nec prius abstitit qꝫ cuꝫ in oibus emendatuꝫ etiam ecclie pficeret pbens. ꝑ hoc magna exẽpla vere pnie. ⁊ documentum ingens noue regnationis: atqꝫ insignia qdã ⁊ trophea inuisibilis in eo resurrectionis ondens. Hec a clemente dicta nõ soluꝫ ad scientiam rerũ sed ad vtilitatẽ legẽtium ꝓfutura hũc in nr̃is quoqꝫ libris teneãt locum.

¶ Capitulũ. xix. de indubitatis scripturis et libris diuinis. A.

Age iam etiaꝫ huius apli q̃ sint scripta q̃ in auctoritate habeantur: cũ his pariter explicemus. Est igitur primo euangeliũ nois ipsi⁹: qḋ in oi orbe personuit. q̃ ꝓaũt post cetera tria euangelia: quarto a veteribus statutum est loco: hec erit ratio. Uenerabiles et vere deo digni apostoli christi cum essent in omnibus puritate vite ⁊ oi virtutibus clari. nõ magni pendebant sermonis ornatum. Quippe in quibus aia erat diuinis ornata virtutibus simul et signorũ grã que eis a dño nr̃o iesu christo concessa fuerat cõfidentes non in suasorijs humane sapientie verbis summã predicationis dominice collocabant: sed in ostentatione spũs ⁊ virtute: per quam mirabilib⁹ consummatis. ⁊ verborũ suorũ fide facta vniuerso orbi regni celorũ scietiam tradiderũt paruiducentes plures libros condere: q̃ huiuscemodi predicationis actio: nõ argumento humani sermonis: sed a stipulatione diuine virtutis indigeat.

B ¶ Deniqꝫ Paulus qui inter oẽs aplos eruditior etiam in verbis videt: et in sensibus prepotens non amplius qꝫ paruum epistolarũ suarũ corpus reliquit. Qui vtiqꝫ immẽsa cõtineret intra se: atqꝫ innumera sacramenta: vt poteq̃ etiam vsqꝫ ad tertium celum raptus: q gererent inspexerat: ⁊ in spũ quoqꝫ deo dignuꝫ paradisum abductus audierat ibi ineffabilia verba ⁊ doctrinam (que cunqꝫ illa inibi est) siue incorporeus illius iterum schole discipul⁹ effect⁹ exceperat. Sed et reliqui dñi ac saluatoris nr̃i discipuli nõ solum ex illis duodecim: sed et si qui extra numerũ hunc. de schola tñ dñi ⁊ saluatoris nr̃i sermonem aliquẽ diuinit⁹ inspirati memorie reliq̃runt. breuem hunc ⁊ succinctum ꝑ oia esse voluerũt. Igit̃ ex ipsis discipulis dñi. matthe⁹ tm̃modo ⁊ iohãnes ad scribendum appulisse aim tradunt̃ necessitate quadam in hoc ipm ꝓuocati. Matthe⁹ em̃ prio hebreis pdicauerat. Uerũ cuꝫ pararet trãsire ad gẽtes pria lingua scripturam composuit: ⁊ que pdicauerat ꝯprehẽdens dereliq̃t ijs ad memoriã a qb⁹ ꝓficiscebat̃ vrgẽtib⁹ pdicaret. Post hunc luce ⁊ marci scriptura

euangelica: secundum eas causas quas superius diximus edit. Johannem vero tradunt vsque ad vltimum pene vite sue tempus absque vllius scripture indicijs euangelium predicasse. Sed cum horum trium euangeliorum etiam ad ipsum noticia peruenisset probasse quidem dicitur fidem et veritatem dictorum. Deesse tamen vidit aliqua: et ea maxime que primo predicationis sue tempore dominus gesserat. Certum est enim quod in superioribus tribus euangelijs: hec videntur sola contineri: que ab eo gesta sunt anno quo iohannes baptista vel inclusus est in carcere vel punitus. Denique si obserues: statum in initio narrationis postea quam refert mattheus de quadraginta dierum ieiunio: et de tentatione eius continuo subijcit dicens. Audiens autem quia iohannes traditus est: discessit de iudea et venit in galileam Sed et marcus similiter postea quam inquit traditus est iohannes: venit iohannes in galileam. Lucas vero et priusquam incipiat aliquid de actibus referre iesus dicit quia adiecit herodes super omnia mala que gesserat et conclusit iohannem in carcerem. Quia igitur ab his hec videbantur omissa: rogatus dicitur iohannes apostolus vt ea que preteriebant priores ante traditionem iohannis saluatoris gesta conscriberet. Et ideo dicit in euangelio suo hoc fecit initium signorum iesus. Et iterum in alio loco indicat dicens. Nondum enim iohannes missus erat in carcerem. Ex quibus constat quod ea que antequam iohannes traderetur ab iesu fuerant gesta descripsit. Et ideo si quis hoc diligentius consideret euidenter inueniet non sibi euangelia dissonare: sed alterius temporis gesta esse que scribit iohannes: alterius vero que ceteri. Unde quia natiuitatem secundum carnem saluatoris vel mattheus vel lucas descripserat reticuit hoc iohannes. et a theologia atque ab ipsa eius diuinitate sumit exordium. Que pars sine dubio ipsi velut eximio per spiritum sanctum reseruata est. Hec etiam de euangelio Johannis dicta sint. ¶ De marci vero euangelio sufficienter supra comprehensum est. Lucas vero in initio euangelij sui causam cur scriberet indicauit Uidelicet quoniam multi alij temere presumpserant enarrare: que sibi magis erant ad liquidum comperta. Uolens ergo abstrahere nos a ceterorum narrationibus fidem facit per se conscripte veritati: certus quod eam vel paulo exponente: vel alijs apostolis qui ab initio ipsi viderant ac sibi tradiderant consecutus sit: et hanc nobis per proprium euangelium tradat. Hec a nobis etiam de luca breuiter dicta sint. Oportunius vero et plenius in tempore insertis ijs que antiqui auctores scripta reliquerunt vt se cuncta habeant indicabimus. Johannis tamen extant preterea et epistole de quarum prima neque ab antiquis vnquam a posteris dubitatum est. De reliquis vero duabus. et de reuelatione etiam nunc anceps sententia habetur. De quibus vt dixi et a veteribus dubitatum suis in locis ipsorum vocibus approbabimus.

B ¶ Ut ergo (quando quidem in hos deuenimus locos) omnem noui testamenti canonem designemus. Primo nobis omnium euangeliorum celestis quadriga iungatur. His actus apostolorum copulentur. Post hos pauli epistole socientur. Consequantur vero has prima iohannis epistola. Similiter et petri prima. Hec sunt de quibus nulla vnquam prorsus extitit dubitatio. Sequenti loco iam sunt illa de quibus a nonnullis dubitatum est. Reuelatio iohannis de qua quid singuli veterum senserit suis in locis ostendemus. Et epistola iacobi sed et iude. Petri quoque secunda et item iohannis secunda et tertia siue hec ipsius euangeliste: siue etiam alterius eiusdem cognominis ostendantur. Post hec iam scriptura est que dicitur actus pauli. Sed et libellus qui appellatur pastoris et reuelatio petri: de quibus quam maxime dubitatur: fertur etiam barnabe epistola et doctrina que dicitur apostolorum. Quidam autem his sociant etiam euangelium quod dicitur secundum hebreos. Quo precipue vtuntur ille hebrei qui christum suscipere videntur: sed in ecclesia ei contradicitur. Que omnia tamen a nobis necessario enumerata sunt: vt absque vlla ambiguitate clarescere que sint in veri auctoritate: que sunt in quibus vel contradictio aliqua: vel etiam

cunctatio: cum tamen a q̄plurimis ecclesijs recipiantur soleat amitti. Sed et de eis sciendū est que sub nomine apostolorum ab hereticis proferuntur: velut Petri et Thome et Matthie et ceterorum similiter apostolorū que appellant euangelia. Sed et andree et Johānis atq̄ aliorum epostolorum actus q̄ nusq̄ prorsus in scripturis veterum: eorum duntaxat qui apostolis successerunt: aliqua mentio eorum aut commemoratio habetur. In quibus et ipse stilus: multum ab ecclesiastica consuetudine deprehenditur esse diuersus. Sensus quoq̄ ipse et omnia que in his inseruntur longe ab apostolica dissonant fide. Et quo figmēta esse prauitatis heretice comprobantur. Unde non inter illa quidem de quibus dubitari diximꝰ collocanda sunt: sed vt aliena penitus et a pietatis regula discrepantia propellāda. Uerū ad hystorie ordinē redeamꝰ.

¶ Capitulum .xx. de menandro mago.


Igitur symoni mago menander succedit. scutum diaboli non inferius primo. Et ipse samarites genere. In arte autem magica solus repertus est: qui non modo equiparare: sed et supergredi impietatem magistri posset. Maioribus quippe portētis efferebatur semetipsum saluatorē dicēs ad hominem salutem de celestibus et inuisibilibus seculis destinatum. Asserēs non aliter posse vnum quemq̄ angelos seculi vincere: nisi prius a semet magice artis per ordinem susciperet disciplinam: et per baptismum a se datum immortalis et eternus effectus in hac vita perpetuus fieret: que omnia ex libris. Hyrenei volentibus scire per facile est. Sed et Iustinus in his ipsis in quibus Symonis fecerat mentionem: etiā de hac talia quedam scribit. Menandrū quendam samaritanum ex vico cappa ratthea symonis discipulum: stimulis demoniacis incitatū venisse antiochiā et q̄plurimos per artem magicam decepisse scimus: qui hoc etiā suadere potuit sectatoribus suis: q̄ non essent morituri. Ex quibus in hodiernū sunt aliqui ex illo eadem confitentes. quod est vere diaboli commentum vt homines magi: christianorum sibi nomen imponerent: quo per hoc sanctum et venerabile religionis nostre misterium macularent: qui tamen irrident et spernunt ecclesiastica dogmata: vel de immortalitate anime: vel de resurrectione mortuorum. Uerum hi talibus freti auctoribꝰ de spe salutis et vite penitꝰ exciderūt.

¶ Capitulum .xxi. de secta ebioniorū.



Sed et alios idem demō quos ab amore christi separare non poterat: alia nichilominꝰ arte decepit: id est ebionios qui interpretātur pauperes. Uere enim pauperes sunt et egeni in scientia glorie christi. Quoniā quidem solum eum hominem putant: et ꝑ profectum vite ac virtutis virum iustū effectum. Communi etiam natiuitate ex viro et femina procreatū. Custodiā vero censentes etiam legis obseruātiā nec sufficere ad salutem solam christi estimant fidē. Quidam tamen ex ipsis refugiunt hanc impietatem: vt ex viro et femina asserant eum natum: sed confitentur de spiritu sancto et maria virgine. Nec tamen semꝑ eum fuisse deū et verbum ac sapientiam dei fatentur. Corporalem vero legis obseruantiam custodiūt. Apostoli aūt epistolas oēs pariter respuant. et ipm apostatā legis appellant. Utuntur et euangelio vno quodam qd̄ scd̄m hebreos appellatur. Cetera omnia nihil ducunt. Sabbata cum iudeis secundum legem nobiscum dominicam diem sacratam pro resurrectione domini obseruant. Unde competenter ebionite pro paupertate intelligentie compellati sunt.


¶ Capi. xxij. de cherintho heretico.



Hisdem temporibus etiam alterius hereseos abortum principē cherithū accepimꝰ. De q gayꝰ cuiꝰ iā in supiorībꝰ fecimꝰ mētionē: i di

sputationum suarum dialogo ita scribit Sed et cherinthus inquit per reuelationes quasdam quas velut a magno apostolo cōscriptas: et per angelos ei reuelatas putaret: alia quedam portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum christi in hierusalem. Et homines in carne iterum concupiscentijs et vitijs subiectam conuersationem habituros Cōtra fidem quoque scripturarum quosdam mille annos designat: in quibus multa quidem et alia corruptionis opera et nuptiarum festiuitates dicit futuras: ad eos qui libidini sunt dediti decipiendos. Sed et dionysius cū de iohannis reuelationis disseret: et quedam secundum ea que antiquitus ecclesie tradita fuerant disputaret: mētionem facit huius ipsius viri in his verbis Cherinthus inquit a quo et cherinthiana heresis oborta est: figmenti sui auctoritatem magni nominis acquirere: secundum scripture huius prauā intelligētiā gestiebat. Quippe cuius hec erat heresis vt affirmaret terrenū futurum esse christi regnum. Et quia erat ventri et gule ac libidini deditus ea futura decernebat: que sibi propria libido dictabat. ventris et eorum que sub ventre sunt incitamēta: cibis: potibus: nuptijs: predicabat explēda. Et vt aliquid sacratius dicere videretur legales agebat festiuitates rursum celebrandas: et hostias carnales iterum iugulandas. Hyrenicus vero secretiora ipsius heretici: in primo operis sui libro publicauit. Que ide discat si quid plenius scire vult.

Capitulum. xxiij. de nicholao et heresi nicholaitarum.



Sed et alia heresis que appellatur. Nicholaitarum per pauco tempore tenuit. Cuius etiam in reuelatiōe Johānis mētio facta est. Isti nicholaum vnū ex illis qui cum stephano ab apostolis constituti sunt diaconi: auctorem se habere iactabant. Sed clemēs alexādrinus in tertio libro stromatū: hec de eo scribit. Pulchrā inquit valde hic vxorem habuit: et post ascēsionē dñi et saluatoris nostri cū increparet ab apostolis tanquam de zelotipie iniuria productam in medium vxorē suam si quis eā vellet habere permisit. Et qua occasione isti cōmo putauere vt secundum hoc factum vel dictum. Nicholai vnusquisque carne sua in quo delectaret abuteretur. Et obtinētes dictum vel factū simpliciter vel innocēter: absque vlla reuerentia promiscuos nūc et illicitos cōcubitus expetūt: hij qui sub illius nomine sectā sibi proprie libidinis assumpserūt. Mihi aūt apertum est nicholaū nullam prorsus agnouisse mulierē preter eam quā in matrimonio acceperat. Cuius etiā liberi: femine quidem vsque ad vltimā senectutem casta virginitate durauerūt filius aūt ipsius castitatem incorrupti corporis custodiuit. Que cū ita se habeāt constat illud quod in medio apostolorum pro zelotipie suasitione producit vxorem: ex contentu vitij vel libidinis gestum: quo per hec cōtinentē se ostenderet eius rei: quā nimie putabatur expetere: contemnendā magis quam expetendā carnis edocēs voluptatē Quam quidem nolebat vt opinor secundum saluatoris preceptum duobus dñis seruire: libidini et deo. Dicunt aūt etiā Mathiam ita docuisse aduersum carnē pugnādū et in nullo prorsus voluptati eius ac libidini concedendum. Aliam vero alendā sapientie pastibus et scientie cibis in maius semper augendam. Hec de illis heresibus que temporibus memoratis a veritate declinātes cito extincte sunt retulisse sufficiat

Capitulum. xxiiij. quod apostoli non sunt aspernati nuptias.

Clemens sane hic cuius voces ānotauimus: scribēs aduersus eos qui nuptias spernūt iter cetera et hec dīt. An et apostolos improbāt petrum etenim ac philippus et vxores habuerūt et filias et viris nuptū dederūt. Sed et paulū nō tedet apostolum in quadā epistola sua mentionē vel salutationē facere comparis sue: quam se ideo negat circūducere: vt ad predicationē euāgelij expeditior fiat. Uerum quoniam clementis fecimus mentionē absurdum nō erit aliam quam eius memorabilem narrationem proferre quā in septimo eiusdē operis libro ita inseruit. Aiunt inquit beatum petrum cū vidis=

et vxorem suam duci ad passionē gavisum esse electionis gratia ac reversionis ad propriam domum: exclamasse post eam cum duceretur: ac proprio nomine compellantem dixisse. O coniunx memento domini. Talia erāt sanctorū coniugia: taz perfecta fuit affectio beatorum.

Cap. xxv. de Johā. et philippi obitu.

Bitur q° ō vite exitu Petri vel pauli iam in superioribus explanauimus: sed et temp° Johānis quo vita excessit ex parte iam diximº: nunc ēt de loco quietis scdm fidem polycratis Ephesij episcopi edocere conueniens puto. Hic etenim polycrates victori episcopo vrbis Rome scribens: et ipsiº et philippi apostoli ac filiarum eius pariter meminit dicens. Sicut iam superius inseruimus quod magna lumina in Asie partibus dormierūt: que resuscitabit dominus in nouissimo die aduentus sui cū venerit in gloria: et requiret omnes sanctos suos. Dico autē de Phelippo: inquit: q̄ fuit vnº ex apostolis qui dormiuit apud Jerapolim. Sed et due eius filie mihi virgines consenuere: et alia eius filia spiritusancto repleta permāsit apud Ephesum. Et iohannes ille qui supra pectus dn̄i recumbebat qui fuit sacerdos dei pontificale petalū gestās martyr et doctor optimº apud Ephesum dormiuit. Hec etiaz de locis: in quibus requiescunt in summo pace: adiecisse sufficiat. Sed et gaiº: cuius ante mētio facta est: in dyalogo suo: quem cuz proculo disputans scribit: de filiabus philippi simul et obitu ipsius: consonis vocibus memorat dicens. Post hoc autem pphetisse quattuor fuerāt philippi filie: cuius sepulchrum est apud Jeropolym Asie vrbē vna cū filiabº suis. De his autez et Lucas in actibº apostolorum meminit: cum adhuc apud cesareā degerēt: dicit ergo ita Venimus inquit cesareā: et ingressi in domum philippi euangeliste q erat ex septē māsimus apud eū. Huic autez erāt virgines filie quattuor pphetantes. His igit a nobis de apostolorum temporibus vel excessibus put potuimº ex scripturis veterū cōgregatis. Sz et de scripturarū canonicarum q in auctoritate habeantur libus vel q rpenitº repudientur. Qui vero medij quodāmodo ad instructionem ab ecclesijs non etiā ad indubitantē auctoritatē recepti sint cōsequēter expositis tēdamus ad cetera.

Cap. xxvj. quomō Symeon hierosolymorum eps mortem pro christo constantissime pertulit.

POst Neronem Domitianūq; sub hoc cuius nūc tpa memoramº: p singulas ciuitates ex insolētia ppli psecutionē in nostros accepimus motā.

A Quo in tpe. etiā Symeō Cleophe filiº (quē scdm hierosolymis ordinatū Epm supra edocuimus) p martyrium carnis vinculis resolutº est. Horum astipulator: ipse ille est Egesippº: quē in pluribº iam pduximus testem. Js ergo refert: q a quibusdā hereticis accusatus sit supradictº vir tanq̄ xp̄ianus et multis supplicijs afflictº p multos dies: ita vt etiā iudex ipse cū amicis suis d eius patiētia miraret. Et ad vltimū iuberet simili eū qua dn̄s ptulit passionē vitam finire. Sed et ipa verba qbus hec ptestat addere gratiº puto. Ait ergo cū de hereticis diceret. Ex his igitur ipis accusauerūt qdē symeonem cleophe filiū: tanq̄ qui esset ex genere dauid et xp̄ianus. Et ita martyr effectus est: cū esset annorum centū viginti sub traiano Cesare apud atticū consularem. Addit aūt etiā hoc qd accusatores eius cū in illis tpibus pquirerētur si qui ex genere dauid et ex regia tribu descēderent cōprehensi sunt inter ipos Qd aūt symeō vnus fuerit ex ipsis auditoribus dn̄i: vel lōgeuitas eius inditio est vel euāgeliorum fides vbi etiā mater eius maria cleophe vxor refert. Sz et alios quosdā idē scriptor refert pter eos de qbº diximº nepotes. Jude vniº ex fratribº dn̄i p idē tps supstites inuētos et domitiani tēporibus martyres factos. hoc modo scribens. Venīūt igitur hi et


tur hi et presunt omni ecclesie tanq̃ martyres et propinqui domini:et reddita pace ecclesie permanserũt vsq3 ad tpa traiani cesaris:vsq3 quo cõsobrinus domini Symeon(de quo supra diximus)filius cleophe calumniam pateret ab hereticis tanq̃ christianus consulari delatus. Cũq3 multo tpe supplicijs fuisset affectus martyrio cõsummatus est:oĩbus qui aderãt et ipso iudice mirantibus vt centum viginti annorum senex crucis supplicium pertulisset.

B ¶ Sꝫ ⁊ polycarpū velut aplīcum virū datis lr̄is antiochenā ei ecclīam ꝑcipue ꝯmendat ad smyrneos sane scribens vtit̄ ꝟbis quibusdā (vnde assumptis nescim⁹) quibus hec de saluatore ꝓloquit̄. Ego auteꝫ post resurrectionē quoq̄ i carne eū scio fuisse ⁊ credo. Nā ⁊ cuꝫ venisset ad petrū ceterosq̄ ait eis. Accedite ⁊ videte: q: nō sum demoniū incorporeum. Qui ⁊ cōtingentes eum crediderūt ei. Scit autem et hyreneus eius martyriū: ⁊ mentionē facit scriptorum eius ꝑ hec ꝟba. Sicut dixit inquit quidā ex nostris ꝓ martyrio christi dānatus ad bestias. Frumētū inquit ego sum dei bestiaꝝ dentibus molor ⁊ subigor vt panis mūd⁹ efficar christo. Sed ⁊ policarpus horum memoriā facit in epistola quā ad philippēses scribit per hec. Deprecor inquit omnes vos obediētie operam dare ⁊ meditari patientiaꝫ quā vidistis in ignatio ⁊ ruso ⁊ zosimo beatis viris. Precipue aūt in paulo et ceteris aplis q̄ fuerūt apud vos sciētes q̄ his omnes nō inuacuū sed ꝑ fidē ⁊ iusticiā cucurrere vsq̄quo ꝑuenirent ad locū sibi a dn̄o preparatū. Qm̄ quidē passionū eius participes extiterūt nec dilexere presens seculū sed eū solū qui pro ipsis ⁊ ꝓ nobis mortuus est et resurrexit. Et post pauca subiungit. Scripsistis mihi ⁊ vos ⁊ ignatius vt si q̄s vadit ad ꝑtes syrie deferat lr̄as ad vos. Qđ faciā cū tēpus inuenero. Mittaꝫ vobis ⁊ ignatij ep̄las ⁊ alias si que sunt q̄ ad nos trāsmisse sunt lex quibus vtilitatem maximā capiatis continent em̄ de fide ⁊ patiētia instructionē perfectā fm̄ domini preceptuꝫ. Hactenus de ignatio.

¶ Cap. xxx. de quibusdaꝫ euangelistis qui post apostolos claruerunt.



Post hūc rexit ecclesiā ciuitatis antiochene hereos. Inter eosdē sane floruit vir eque insignis Quadratus. Qui vna cū philippi filiabus in ꝓphetica gratia celeberrimus fuisse ꝓhibet̄. Sed ⁊ alij plurimi per idem tēpus aploꝝum discipuli superstites erāt qui eccl̄e fundamētis que ab illis locata fuerāt dignissima desup fidei edificia cōstruebant augentes in oībus predicationē verbi domini: ⁊ salutaria semina regni celoꝝ per omnē terram latius disserētes. Deniq̄ nōnulli ex his ardētiore diuine philosophie cupiditate succensi animas suas ꝟbo dei cōsecrabat explentes perfectionis salutare ꝑceptū: vt facultates suas prima indigentibus diuidētes expediti ad ꝑdicandum euangeliū fierēt. Ut si quib⁹ forte prouincijs nomē fidei esset cognitum ꝑdicarent primaq̄ apud eos fundamēta euāgelij collocātes atq̄ electis q̄busq̄ ex ipsis officium regende eccl̄e quā fundauerāt ꝯmittētes. Ipsi rursuꝫ ad alias gētes aliasq̄ ꝓuincias prope rabāt: ⁊ euāgelistaꝝ fungebant̄ officio. Quosq̄ sitr vt in exordio aplos diuinorū signoꝝ comitabant̄ effect⁹ ⁊ sctisp̄us grā ita vt videres vna allocutione integros simul populos ad cultū diuine religionis adduci ⁊ ꝑdicantiū verbis nō

esse tardiorē audiētium fidē. Uerū qm̄ impossibile est nobis singulos enumerare qui post aploꝝ p̄mas successiōes in ecclesijs q̄ per orbē terre sunt vel p̄ncipes vel euāgeliste fuerint vel pastores illos tantūmō commemorasse sufficiat quoꝝ libris inserta ad nos vsqꝫ fidei ⁊ p̄dicatiōis monumēta venere. Ut clemētis ⁊ ignatij ceteroꝝqꝫ quorū superius facimus mentionem.

Capitu. xxxi. de epistola clemētis ad corinthios ⁊ libris papie.



Clemens tamen in ep̄la quā ad corinthios sc̄psit meminit ep̄le pauli ad hebreos ⁊ vtitur eius testimonijs.

A Cūm ꝯstat q᷑ ap̄ls tanq̄ hebreis mittandā patrio eā sermone cōscripserit: ⁊ vt quidā tradūt. Lucā euāgelistā: alij aūt hunc ip̄m clementē interp̄tatū esse: qđ ⁊ magis verū est: q᷑ ⁊ stilus ipse epistole clemētis cū hac concordat et sensus nimirū vtriusqꝫ scripture plurimam similitudinē ferunt. Dicit̄ tñ esse alia clementis ep̄la cuius nos notitiā non accepimus. Sed ⁊ alia ei⁹ opuscula nō minima a nōnullis haberi p̄hibētur velut petri ⁊ appionis disputatio: q̄ in vsu a veteribus habita minime reperimus: q᷑ nec pura: in eis ⁊ incorrupta apostolice fidei regula mansisse deprehēdit̄. Papie quoqꝫ ferunt̄ quinqꝫ libri qui attitulatur verborum dominicorū explanatio horū facit ⁊ Hyreneus mētionē p̄ hec verba. Hec aūt ⁊ papias iohannis auditor policarpi v̄o condiscipulus ⁊ sodalis vir vn⁹ ex antiquis: protestat̄ in p̄mo libro suo. Quinqꝫ em̄ volumina conscripsit. Hec quidē hyreneus de papia. Ipse vero de se indicat tanq̄ qui non ab ap̄lis sed ab eoꝝ discipulis susceperit fidem: p̄ hec v̄ba. Nā pigebit autē nos tibi oia que quondā a presbyteris didicimus ⁊ bene retinemus recordātes exponere cū interp̄tationibus suis: ⁊ vt se eoꝝ v̄itas habeat explicare. Neqꝫ em̄ multa dicentibus: sed vera tradentib⁹ auscultauim⁹ neqꝫ his qui hominum precepta sed qui domini mandata memorabant ab ip̄a veritate suscepta. Quod si quando aduenisset aliq̄s ex his qui secuti sunt apostolos ab ipso sedulo explicabar quid Andreas q̄d Petrus dixerit q̄d autem Philipp⁹ vel Thomas quid vero Jacob⁹ quid Johānes aut quid Mathe⁹ vel alius qui ex discipulis domini: q̄ve Aristion vel iohannes p̄sbyter ceteriqꝫ discipuli dicebant. Nec em̄ tantū mihi libroꝝ electiones p̄desse credebam q̄tum viue vocis p̄sentisqꝫ magisteriū. Sed mihi dignū videt̄ intēdere q᷑ scđo nomē Johānis enumerat et cū quidē cuius primo meminit Petro ⁊ Jacobo ac Matheo ceterisqꝫ ap̄lis sociat quem sine dubio ip̄m euāgelistā esse et ap̄lm ꝯstat. Aliū vero Johannē distinctione quadā facta extra aploꝝ numeꝝ collat p̄ferēs ei. Aristionē quandā ⁊ euidēter eū p̄sbyterū nominat: vt p̄ hec comprobet verum esse illud qđ quidā Asiā scribunt q᷑ duo sint apud Ephesum sepulchra ⁊ vtrumqꝫ Johannis appellatur. Quibus sic diligentius intēdamus fortassis secundus hic erit Johannes si ille non creditur primus sub cuius nomine reuelatio habetur que appellatur Johannis. Sed ⁊ hic ip̄e de quo nobis sermo est Papias apostolorum se verbera ab his qui secuti eos fuerant Aristione videlicet ⁊ Johanne presbytero asserit suscepisse. Unde ⁊ frequenter nominatim in commentarijs suis a Johāne ⁊ aristione traditum sibi de singulis quibusqꝫ commemorat. Meminit sane idem ipse etiam de quibusdam mirabilibus in opere suo que pretereunda nemine censeo. Per philippi enim euāgeliste filias p̄phetissas hec sibi tradita esse designat. Mortuū resurrexisse temporibus suis dicit. Sed ⁊ de Justo qui cognominat⁹ est Barsabas refert miraculū ingens quia venenū biberit ⁊ nihil ex hoc triste pertulerit p̄pter domini fidem. Justus autē ip̄e est hic qui post saluatoris ascensum a sanctis apostolis cum Mathia ad apostolatus sortem statutus est sicut in actibus apostolorum commemoratur. Dicit autem ⁊

alia plurima a maiorib⁹ sibi tradita mi
racula ꝛ nouas quasdā parabolas sal=
uatoris ꝛ doctrinā incognitam magisqꝫ
fabulosam. Mille annos futuros post
resurrectionem quibus corporaliter re=
gnum christi in hac terra futurū sit. Sꝫ
ego puto cū spirituales ꝛ misticas apo
stolorum traditiones corporaliter ꝛ fm
litteras suscepisse necpotuisse discerne
re ea que illi i figuris velut lactātibus ꝛ
paruulis loquebantur. Qui ꝛ reuera ēt
ex ipsis que cōscripsit opusculis exigui
sensus vir ꝛ minus capacis ostenditur.
Multis tñ post se ecc'iasticis viris er=
roris huius pbuit causas auctoritateꝫ
dogmati tñ ex vetustate tribuens non
etiā ex rōne dictorum sicut Hyreneo ꝛ si
quis alius eū in hac parte visus est se=
qui. Alia quoqꝫ quāplurima supra me=
morati Aristionis refert tanqꝫ ex vbis
et domini tradita ꝛ Joannis presbyteri
que si quis vult plenius noscere ipsos
eius relegat libellos. Nos tñ illud assu
memus ex his qđ de Marco euangeli=
sta his protulit verbis: Etiā hoc inquit
presbyter narrabat qđ Marcus inter=
pres fuerit. Petri ꝛ quecūqꝫ meminerit
ab eo dicta conscripserit. Non tamen p
ordineꝫ ea que a domino dicta sunt vel
facta digesserit qꝛ non ipse auditor dñi
fuerit vel sectator sed nouissime: vt. dixi
petro adesit ad vsum ac ministeriū pre=
dicandi non ad conscribendos domini
sermones. Itaqꝫ nihil peccauit Marc⁹
in eo quod ita quedam pscripserit quasi
qui passim audita recordari videatur.
Et hoc solum satis egit ne quid ex audi
tis omittere aut aliqđ falsum scriberet.
Hec de marco scribit papias. Sed ꝛ de
Mathea ita refert. Mathe⁹ quidē scri=
psit hebreo sermone. Interpretatus est
aūt ea que scripsit vnusquisqꝫ sicut po=
tuit. Hec etiā de Matheo. Utitur sane
idē papias testimonijs ex epistola Jo=
hannis prima et petri similiter prima.
Simul ꝛ hystoriam quandaꝫ subiungit
de muliere adultera que accusata est a
iudeis apud dñm. Habetur autem in
euangelio quod dicitur scdm hebreos
scripta ista parabola. sed de his ista suf
ficiant.

¶ Explicit liber tertius.

¶ Incipit liber quartus.

¶ Capitulū. j. de quorūdam pepisco=
porum successione simul iudeorum
contra gentiles seditione.



Uodecimo an
no principat⁹ traiani
Cesaris credo quem
pauloante memora=
uimus Alexādrinorū
gubernare plebē diē
obijt. Post quē quar=
tus ab aplis. Prim⁹ noīe sacerdotij ini=
bi iura suscepit. Eadē tēpestate alexan
der quoqꝫ rome cū octauū annū. Euari=
stus sacerdotalis administratiōis iples
set: quinta successione post petrum atqꝫ
paulum plebis gubernacula sortit⁹ est.
Et quidem saluatoris nostri institutio
ecclesiarūqꝫ profectus crescebat indies
Judeorum porro funera dēsissimis cla
dibus exagitabantur. ¶ Itaqꝫ postqꝫ
preditus impator annū octauūdecimū
principat⁹ ingressus est rursus iudeoꝝ
tumultos exarsit. Quo magn⁹ moꝝ nu=
merus gētis eius occubuit. Nā ꝛ alexā
drie ꝛ per egyptū vel cirenē tanqꝫ atro
ci quodā seditiosoqꝫ spiritu exagitati.
pmo simul cōmanentibus vicinisqꝫ gen
tibus inferre certamia. Tū deinde pau
latim seditiōe crescente sequēti iam an=
no bellū publicū ꝛ nō minimū intulere.
Romano duci tūc lupo cuidā in partib⁹
egypti: ac sane pmo plio iudeos secuta
victoria est. Sed gentiles qui ex acie fu
gerant irrumpentes alexādriā iudeos
si quos forte inibi repererūt captos in=
terimere. Quoꝝ auxilio destituti reliq
qui apud Cyrenē rebelles extiterāt ve
lut desperantes ad agros Egypti ꝛ ca=
stella vastanda vertunt duce luca. Ad=
uersus hos imperator mittit cū exerci=
tu peditū atqꝫ equituꝫ sed ꝛ nauali ma=
nu: martium turbonē. Qui multis sane
prelijs nec paruo tpe cōsumptis multa
milia iudeoꝝ nō modo apud cyrenem:
sed ꝛ in egypto qui luce auxiliū ferebāt
prostrauit ac pertulit.

¶ Capitulum. ij. qualia sub traiano passi sunt iudei.

PRinceps vero manus etiam eos q̄ apud mesopotamiā consistebant iudeos ratꝰ similia ausuros. Lusio quieto p̄cipit delere p̄uinciā funditꝰ ac totam gētē penitꝰ excidere. Tū ille directa acie magnā eorū multitudinē sternit. Cuius facinoris gratia quietꝰ remunerationis vicez ab imperatore p̄uincie iudee adeptus est presidatū. Sed hec etiā grecoꝝ gentilium hystoriographi p̄ singulas quasq̄ etates eodē ordie memorie tradiderūt.

¶ Cap. iij. qui sub adriano fidei defensiones scripserint.



TRaiano autē viginti annis minimis sex mensibꝰ principatu persuncto. Helіꝰ hadrianꝰ in sceptra succedit. Huic q̄dratꝰ orone; splēdidissima apologeticū librū pro nr̄a legione cōscriptū ꝛ validissimis cōmunitū assertionibus obtulit. Qm̄ quidē maligni quidem hoīes sub eodez principe nostros nitebantur incessere. Qui liber hodieq̄ seruat̄ ꝛ apud nos ꝛ apud multos ex fratribꝰ nostris. Ex quo volumine inditia magni cuiusdā viri ꝛ mentis ac fidei ap̄lice eius sez qui cōscripserat colligunt. Idē igitur ipse sue antiquitatis specimē talibꝰ exprimit verbis. Nostri aūt saluatoris inquit opera semper aderant viua ꝛ vera in his q̄ sanati fuerant ꝛ in his q̄ a mortuis excitati sunt. Non em̄ visi sunt tātūmodo vel resurgere vel sanari: sed perpetuo ab hoībus videbant̄ nō tm̄ saluatore p̄sente sed et post decessum eius multis tp̄ibus ita vt aliquāti qui ab eo vel curati vel resuscitati sunt etiā ad nostra vsq̄ tp̄a p̄durarint. Et de hoc quidē satis dictū. Sed ꝛ aristides vir fidelis ꝛ pietate nostre religionis imbutꝰ quadrato simile volumē ad adrianū pro fidei nostre rōne conscripsit: cuius etiā nunc scripta seruantur.

¶ Capitulum. iiij. de episcoporum alexandrinorum ꝛ hierosolymorum successione.



TErtio autem eiusdē principatꝰ anno alexander ep̄s romane vrbis sacerdotiū simul ac vitā finiunt decennio expleto. Huic subrogat̄ sixtus. Sed ꝛ alexādrie eodē tp̄e defuncto. Primo duodecimo sui sacerdotij anno ep̄atū. Iustus excepit. In hierosolymis sane ep̄oꝝ tempora successionesq̄ nullis ad integrū monumētis ɔseruata reperimus eo q̄ valde ad breue tēpus mortis celeritate p̄cepti sacerdotio singuli quiq̄ functi perhibeant̄: ita vt quātū ex veteruz lectione comperio ad tp̄a vsq̄ principis hadriani sub quo iudei excidium passi sunt: tradant quindecim ep̄oꝝ successiōes eē decursas. Quos oēs aiunt hebreos antiq̄ originis extitisse ꝛ scientiā xp̄i fideliter recepisse. Et ideo incunctanter ab his qui poterant de fidei merito iudicare sacerdotio d̄z visos esse dignissimos; quippe cū omnis tūc ecclesia ex hebreis fidelibꝰ coaceruata firmataq̄ videret̄ incipientibus ab apostolis ꝛ p̄durātibus nimirū vsq̄ ad illud tp̄s excidij quo iudei iterū deficiētes a romanis magnis rursuz p̄lijs subiugati sunt. Igitur q2 per idem tp̄s assumere ep̄os ex circūcisione cessatū est: necessarium videtur omnes a primo vsq̄ ad id tp̄s enumerare pariter sacerdotes. Primꝰ itaq̄ iacobꝰ qui dn̄i frater est habiturus. Post hunc symeō electus est. Tertius iustus zacheꝰ quartꝰ. deinde thobias quintꝰ. Beniamini sextꝰ ac septimus iohannes. Tum mathias: quē philippus excepit. Cui decimus seneca subrogatꝰ est. Iustus exinde: ac duodecimus leui. Post hunc effrem: ꝛ quartus decimus ioseph. Ac finis olim iudas. Isti sunt fere oēs qui hierosolymi ep̄i ab ap̄lis ad illa vsq̄ tempora q̄ superiꝰ designauimus plebi illi ex circūcisione prefuerūt. ¶ Rome aūt duodecimo anno memorati principatus. Sixto duodecim annis ecclesie gubernaculis functo re thelesphorus septimꝰ ap̄lis subrogat̄. Anno post quē ꝛ vno mēse alexādrine ecclesie moderamē eumeneꝰ sexta successione suscepit: cū decessor eius

vndecim annis populo prefuisset.

Cap. v. nouissimum iudeorum excidium sub adriano.



Erum iudaicis motibus ac factionibus rursus ad maiora pgressis rursus iudee presidens armata manu sibi ab imperatore decreta: insolentiam gentis acerrime cōprimebat: multa milia passim virorū feminarum puerorumqꝫ conficiens: quorum terras iure belli: romano vendicabat imperio. Tpe quo ista gerebant: ducebat exercitum iudeorum Barchochadas quidam qd nomen significat stellam: ceterū vir crudelis et scelestus. Sed ex vocabulo suo velut vilibus mancipijs persuadebat: se ob salutē eorum sidus magnū celitus esse delapsum: egris, mortalibus longa obscuritate damnatis ferre lucis auxiliū. Igitur cum maxime belli huius fomenta cōcrescerēt: octauodecimo anno principatus eiusdē: apud bethara oppidum preualidum hierosolymis vicinū: cum longiora romanis tenderetur obsidio: fame ac siti perduellibus intrinsecus ad extremū internitionis adductis post qꝫ dux ipse precipue meritas suo facinore penas luit: omnis hec natio iā ex illo ab omni regione finitima hierosolimorū penitus arcebatur cū sanctione diuine legis: tum maxime cōstitutionibus et decretis Adriani ita vt ne de celsiori quidem prospectu: eminus eis saltem paternum solū prophanis obtutibus liceret inspicere. Aristopelleus hystoriographus ista prosequitur. Ita factum est: vt ciuitas post interitum iudaice gentis incolis mox in eam peregrine nationis confluentibus permutatis ciuibus etiā ipsa helia appellaret: ex cognomento imperatoris heli. Adriani. Et vt in romanorū ius tota conuersari tum pariter mutaret ac nomen.

Cap. vi. de pseudo scriptoribus et apostolis quos hisdē tpibus demō excitauit.

IGitur ex gentibus vt inibi cepit ecclesia ꝯgregari: primus post epos ex circūcisione: sacerdotiū ciuitatis illius accepit marcus. Cūqꝫ iam refulgentibus in modū clarissimorum siderum ecclesijs vbiqꝫ terrarum vigente etiā p omne genus hoim fide: qua cuncti pariter in saluatorem ac dominum nostrum iesum xpm: integre et cōstanter crediderant: ille totius bonitatis emulus demon: vt pote veritatis inimicus: et salutis humane hostis perpetuus: oia molimina cōtra deū ecclesiā versans: qui prius exterius eam persecutionibus et hostibus oppugnauerat: nūc malignis quibusdā viris et deceptoribus repertis intestino bello eā quatere nitit. Scilicet vt fraudulanti fallacesqꝫ homines. nostre religionis simulato tantum nomine induti: fideliū quidē si quos forte persuasionis sue fraude deciperent pessundarent ignorātes vero fidei nostre misterium: peruersis et feralibus suis gestis vel assertionibus impeditos a desiderio vere fidei et salutis longius summouerent. Igit humani generis deceptor antiquus post menandrū quē supra retulimus symeonis successorē velut quandā bestiā bino ore sibilātem binisqꝫ linguis diabolica venena vibrātē. saturbiū quēdā antiochie gentiū et basilidem alexādrie ortū produxit. Quorum vterqꝫ suis in regionibus officinas impie ac deo inuise ꝯdidit discipline. Et quidem in oibus pene saturniū eadē que menandrū ꝯmētatū esse significat hyreneus. Basilidem vero ptextu iustitie doctrine immēsum tetēdisse mētis ipie cogitatū dū pdigiosa fabularū figmēta sibimet ꝯplacerēt.

Cap. vij. de scriptoribus ecclesiastis qui ea tempestate claruerunt.



Ed ecōtra multi admodū ecclesiastici viri pro veritate fortiter stare: ac scriptis quoqꝫ et assertionibus vera rōne subnixis p aplica et ecclastica traditiōe certare vt ex librorum monumētis et posteris ad cauēda hereticorum venena munimē et subsidiū pberet. E qbus peruenit ad nos liber celeberrimi scriptoris eius tpis agrippe castoris ꝯfutationem basilidis validissimā ꝯtinēs p quē versutia et calliditas viri ad decipiēdū nimis apta


detegitur. Deniqȝ cū publicaret ei⁹ archana dixit eū de euāgelio quidē quattuor ⁊ viginti cōmentarios condidisse. Prophetas vo sibimet nūcupasse quosdam barchabani: ⁊ barchob aliosqȝ qui nunq̄ extiterunt. Quos ipse tñ cōstitue rit sibi ac barbarꝫ vocabulis vt esset appellatio ipsa terribilis nominarit. Docere etiam eū refert: imolata absqȝ vllo respectu conscientie degustanda ⁊ sine scrupulo atqȝ indifferenter fidē negandam persecutiōis tpibus. Sectatoresqȝ suos ad mortem pythagoricum docuit quinquēnio silere. Addit alia quoqȝ nō pauca quib⁹ secte huius errorem penitus a se deprehensum ⁊ cōfutatum esse declarat. ❡ S; ⁊ hyreneus scribit coeūt tpe ⁊ moribus memoratoꝝ fuisse carpocratē quendā superstitionis alteri⁹ qui gnostici appellant̄ vocabulo ab scientia cōficto auctorē q̄ sane pstigia symonis magi non vt ille clā. sed publice ac palā tradebat: ⁊ velut pro summis atqȝ optimis studijs laudē cōfessam ac publicaȝ de nefarijs artib⁹ a deceptis auditoribus reqrebat ⁊ magicas tenebras I luce publica perorabat. De amatorijs dūtaxat sōnijsqȝ imissis a demonijs ꝑ perhaedris alijsqȝ sīlibus fraudibus. deqȝ his cōsequēter doceri oportere oēm hoiem dcernebat q̄ ad pfectionē sui misterij vl potius sceleris cuperet peruenire: asserens nō aliter vnūquēqȝ effugere posse mundi hui⁹ principes vel declinare nisi per huiuscemodi facinora sua cuiqȝ nefaria debita soluerentur.

B ❡ His igitur ille totius boni emulus vtēs sue malignitatis ministris taȝ eos q̄ post fidē ab his decipiebant̄ rapiebat ad tenebras sempiternas q̄ȝ alios q̄ necdū crediderant (tāq̄ȝ hec esset nostre religiōis infamia) summonebat a fide: dū ob execrabilē hoꝝ hoim vitā ipsam xpianoꝝ professionē audiēs quisqȝ vitaret. Nec aliūde tunc suspitio de nobis tanq̄ȝ de vere impijs et incestis fuerat exorta qua assereret illicitꝫ plebē nostrā stupris ⁊ pmiscue habitis in matribus ac sororibus pollui atqȝ execrādis īfanticidijs dapibus funestari: sꝫ nō in longū durauit infamia vbi seipsa cepit veritas aperire. Quinimmo et clarius ac spēdidi⁹ illucescente vita nostroꝝ extinguebatur cōtinuo supertitiosi caligo figmenti. Et singulis quibusqȝ sectis q̄ aduersum veritatē exorte fuerāt euanescētibus vel in multifidas ac multiformes species diffluētib⁹ pficiebat ⁊ extollebat̄ indies solus vere et catholice ecclesie splendor nulla tēporū varietate fucatus: q2 castimonia sui ac puritate ⁊ diuine conuersationis gloria p omne genus hominū sapientia: doctrina: fide: ⁊ actibus refulgebat. Etenī ipso confestim tpe quo ceperat opprobrij huius flāma restincta est. Permāsit aūt apud singuloꝝ mentes veritas que suis sem p viribus nitens cōuincit ⁊ arguit falsitatē nec passa ē adulterino maledicto rū fugo ecclesie castitatē pudicitiāqȝ lacerari. Intantū vt ex illo ad nostra vsqȝ tpa: nullus tam seue mentis extiterit q̄ honestatem ⁊ castimoniā plebis nostre ore sacrilego cōcinnatis macularet opprobrijs. Sed ad romanos ⁊ ad grecos ad schytas ⁊ barbaros ⁊ ad ipsas pene in vltimis orbis partib⁹ recōditas nationes in tm̄ suauis odor de ecclesie gestis ⁊ diuinum quidā respirās sancte cōuersationis aura peruenit: intm̄ ad aures oim ac mentes felix xpianorum fama peruecta est: vt omne hoim genus legibus et superstitionibus patrijs derelictꝫ ad fidē se cōuertere xpi. Omnisqȝ barbaries genuina feritate deposita ad iesum xpm concurreret: ⁊ disceret ab eo q2 mitis est ⁊ humilis corde.

C ❡ Extiterunt preterea p diuinam gratiā viri ea tempestate eruditissimi: q̄ pbabiliter ⁊ sufficienter obscena hereticoꝝ cōmenta conuincerent ⁊ quid vera fides in ecclesia catholica castitatis haberet ostenderent. In quibus egesipp⁹ celeberrimus habebat: qui itegerrimā traditionē apostolice predicatiōis simplici sermone conscriptam in quinqȝ libris memorie tradidit. Ubi et de suis ipse temporibus aliquāta commemorat ⁊ de quibusdā qui simulachra collauerāt talia quedā scribit. Quibus inqt templa immo potius sepulchra fecerūt sicut etiā nunc videmus. Ex quibus est

vnus antinous seruus adriani cesaris cui agones annui celebrant qui antinoij appellantur nostris adhuc temporibus instituti. Namque ciuitatem condidit eius nomini antinoum. et templum ei. sacerdotes instituit ac prophetas. Sed et iustinus fidelissimus nostre philosophie sectator et in grecorum disciplinis eruditissimus scribens ad antoninum. Apologeticum pro nostra religione librum horum meminit ita dicens. Non mihi videtur absurdum meminisse in his etiam de antino. quod nuper gestum est: quem omnes timore principis quasi deum colere ceperunt. Cum bene nouerint quis qualisue paulo ante fuerit et vnde duxerit genus. Idem quoque ipse etiam iudaici belli quod tunc gerebatur memoriam faciens talia quedam refert. Etenim in hoc quod nunc geritur iudaico bello barchochabas princeps iudaice factionis christianos solos nisi negarent christum tanquam blasphemos ad supplicia rapi iubebat. In quibus libris etiam de conuersione sua quam habuit a gentili philosophia ad vere religionis fidem: quod non absque probabili ratione et examinato iudicio ad hec conuersus sit hoc modo scribit. Nam et ego ipse inquit sectis platonicis institutus: audiens infamari christianos: et videns eos in pauidos ad suscipiendam mortem: atque omne supplicium tolerandum considerabam quod impossibile esset malicia eos et in libidine conuersari. Quis enim aliquando voluptuosus et luxurijs deditus. et qui humanis carnibus vesci delicias putet: mortem libenter amplectitur qua scilicet ipsa confestim careat pro qua infamari maluit voluptate. Quinimmo viuere perpetuo si liceret et lateret iudicia: in hoc magis operam daret: nedum semetipsum statute adprofesse morti studeret offerre. Sed et idem ipse vir scribit Adrianum principem: susceptis a serenio gratiano clarissimo viro preside litteris in quibus de christianis percontabatur rescripsisse: quod non esset iustum christianos nullius criminis reos absque iudicio legibusque puniri. Simul et exemplum epistole ipsius subijcit continentis hunc modum.

¶ Capitulum. viij. de Epistola Adriani que persecutionem in nostros praerumper repressit.



Exemplum epistole imperatoris Adriani ad minutium fundanium proconsulem Asie Accepit litteras ad me scriptas a decessore tuo Serenio gratiano clarissimo viro: et non placet mihi relationem silentio preterire ne innoxij perturbentur et calumniatoribus latrocinandi: tribuatur occasio. Itaque si euidenter prouinciales huic petitioni sue adesse valent aduersum christianos vt pro tribunali eos in aliquo arguant hoc his exequi non prohibeo. Precibus autem in hoc solis et acclamationibus vti eis non permitto. Etenim multo equius est si quis volet accusare: te cognoscere de obiectis. Si quis igitur accusat et probat aduersum leges quicquam agere memoratos homines pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud me hercle magnopere curabis vt si quis calumnie gratia: quenquam horum postulauerit reum in hunc pro sui nequitia supplicijs seuioribus vindices.

¶ Capitulum nonum de successione quorumdam episcoporum Rome et Alexandrie.




Verum adrianus post hec vicesimo primo anno sui principatus diem obijt. Et antoninus cognomento pius romanum suscepit imperium. Huius primo anno Telesephorus annis vndecim sacerdotio in vrbe roma amministrato vita decessit: et higinus episcopatus sortem romane suscepit ecclesie. Veruntamen hyreneus refert Telesephorum martyrio vitam finisse: simul indicans Higini episcopi temporibus: Valentinum auctorem valentiniane heresis extitisse: et cerdonem quendam erroris illius principem: quem postea Martion secutus est. eosque vno tempore rome: sed et diuersis imperantibus asseruisse. Scribit autem ita.

¶ Capitulum decimum. de quibusdam pseudo apostolis.

Iam valentinus venit romā sub higino. Inualuit autē temporibus pij ⁊ ad anicetū vsq durauit. Credo vero: qui ante marcionem fuit: ⁊ ipse sub igino: qui erat in vrbe roma ab apostolo nonus episcopus venit. Qui tamen aliquando quidem quasi penitens ⁊ errorem confitens excusabat: aliquando rursum occulte: interdum etiam publice impietatem docebat. In quo conuictus: a cetu fraternitatis arcetur. Hec aūt dixit hyreneus in tertio aduersus hereses libro. In primo autem libro nihilominus de cerdone hec dixit. Credo vero a sectatoribus symonis impietatis sue occasionibus sumptis romam venit sub higino: ibique docuit q is q a lege ⁊ pphetis predicatus est deus. non esset ipse pater dñi nostri iesu xpi. Qnia ille quidē notus esset: hic autem ignotus est. Et ille iustus: hic autē bonus. Cui succedens marcion ponticus absq reuerētia vlla blasphemans: auxit doctoris insaniē idē quoq: ipse hyreneus immensum ꝓfundū. Ualentini erroris de materia et ceteris validissime coarguit. Et serpētis in modū cecis semetipꝫ latebris ob tegentem in lucē ꝓtrahit ac denudat. His adiūgit: de marco quodam quem dicit magis artibus imbutū apprime enituisse. De cuius prophanis supstitionibus ⁊ archanis nō tā sacris q sacrilegijs: ⁊ misticis misterijs ita scribit. Et eni quidam eorum thalamū ꝯstruūt et nefariū quoddā initiandi celebrant genus tanq secretis qbusdā carminibus ac verbis: non tam sacris quam execrabilibus eum qui introducitur cōsecrantes. Spirituales nuptias aiunt esse q faciunt: instar videlicet supnarum coniugationum. Adducentes vero eos ad aliquam aquam et baptizantes. hec super eos proferunt verba. In noie aiūt ignoti patris omnium: ⁊ in veritatem omnium matre: ⁊ in eo qui descendit in iesum. Alij vo hebraica nomina ad pauorē audietiū sup eos quos initiās ter ribiliter obloquunt. Hec de sectatoribus marci hyreneus scribit.

B ¶ Quarto aūt episcopatus sui anno cum decessisset higinus romane ecclesie sacerdotium Pius suscepit. Apud alexandriam vero Marcus: tertiodecimo anno epatus sui eumenide defuncto. Qui Marcus cū decē annis sacerdotiū ministrasset. Celadioni post obitū suū ecclesie gubernacula dereliquit. Pius vo in vrbe roma quindecim annis in sacerdotio expletis Aniceto post se tradidit sedē. Cuius temporibus egesyppus refert semetipsum romam venisse. ⁊ permansisse inibi: vsq ad eleutheriū q post Anicetum subrogatus est episcopatū. Quibus temporibus simul florebat iustinus in habitu philosophi. diuinum predicans verbum: et fidei nostre rationem tam scriptis voluminibus q viue vocis assertione defendens. Qui et aduersum martionem scribens commemorat de eo q adhuc superesset eo tempore quo scribebat. Deniq ita ait. Marcion vo quidam ponticus qui hodieq supest: docet hoies alium credere esse deum: maiorē conditore deo. Hec ille hominibus ingerens: ⁊ demonibus adiutoribus vtens: multis blasphemare ꝑsuasit. vt negarent creatorē oim deum ipsum esse patrē christi: sed aliū quendam qui quasi maior hoc esset ⁊ tñ omnes sectatores eius xpiani appellantur. Ita nimirū sicut oēs cōi vocabulo cum diuerse sint secte philosophi nuncupantur. Sꝫ ⁊ post pauca nihilominus dicit Est autē ⁊ nobis liber aduersus omes hereses compositus: quem si vultis decurrere dabimus.


¶ Cap. xj. de iustini defensione.



Hic autē ipse iustinus scribit etiā ꝯ paganos volumē insigne. Sꝫ ⁊ alios libros ꝓ nostra religiōe: in qbus ad Antoniū principē q cognominatus est Pius: sermonē dirigit Scribēs ⁊ ad senatū. In vrbe etem roma maxime ꝯsistebat. Deniq in vno ex his libris: et de semeipso volēs qs vel vñ esset oñdere

hoc mõ scribit. Impatori elio adriano Antonio pio Cesari augusto τ verissimo philosopho: τ lucio philosophi: cesaris ꝓprio filio ac pij adoptiuo amatori sapiẽtie τ sacco senatuiq atq ol pplo romano ꝓviris ex omni genere hoim ꝯgregatis: τ iniusto alio laborantibus ac non digna patiẽtibus. Iustin⁹ prisci filius bacchiadis ex vrbe ne apoli palestine: vn⁹ ꝓ omnib⁹ defero postulatuȝ. Sed τ interpellat⁹ idem imperator in asia ab ijs q̃ vario iniuriarũ genere affligebãtur: tale rescriptũ aduniuersos Asie populos ꝓmulgauit.

¶ Cap. xij. epistola cesaris Antonini ad asianos ꝓ defensiõe nostroꝝ.



Imperator cesar marcus aurelius antoninus augustus armenic⁹: põtifex maxim⁹ tribunitie potestatis quindecies: cõsul tertio vniuersis simul plebibus asie salutẽ. Ego quidem nõ ambigo etiã ipsis dijs cure esse ne quis noxius lateat. Multo em̃ magis ipsis cõuenit punire eos qui sibi immolare nolunt q̃ vobis. Sed vos cõfirmatis eorum quos persequimini sententiam quam de vobis habent dicentes vos impios τ sine deo esse. Unde τ optabili⁹ habent: τ animã ponere pro deo suo: τ mortẽ libenter amplecti: q̃ vobis talibus acquiescere τ in vestre religionis iura cõcedere. De motibus autẽ terre qui vel facti sunt: vł etiã nũc fiunt absurdus non erit merorem vrm̃ iusta commotione solari. Quoniam q̃dem comperi q in huiuscemodi rebus ad illorum inuidiam communes casus transfertis: in quo illi quidem maioreȝ fiduciaȝ accipiunt apud deum. Uos autem in omni tempore quo de talibus ignoratis, ceteros quidem deos negligitis. Cultuȝ vero immortalis dei: quẽ christiani colunt expellitis et deturbatis: vsq ad mortem cultores illius obseruantie psequentes. Sup q̃bus plurimi ex ꝓuincijs iudices: etiã venerabili patri nostro scripserant. Quib⁹ rescriptũ est ab eo: vt nihil oino molestie huiuscemodi hoibus generarẽt nisi forte arguerent aliq̃d aduersum romani regni statutũ moliri. Sed τ mihi ipsi de his quam plurimi retulerũt. Quib⁹ ꝯ paternam secutus sententiam pari moderatione rescripsi: τ q si q̃s psistit: huiuscemodi hominib⁹ absq vllo crimine mouere negocia: ille quidẽ qui delat⁹ ꝓ hoc noie fuerit absoluatur ẽt si ꝓbatur id esse quod ei obijcitur xp̃ianus is autem qui crimen obtendit: reus pene ipsius quã obiecit existat. Proposita ephesi publice in conuentu Asie.

¶ Cap. xiij. de policarpo apostolorum discipulo.




Hec ita gesta esse testant̃ etiam Melito ep̃s ecclie Sardẽsis in eo libro quẽ ad imperatorem. A ¶ Ueꝝ ꝓ fide nostra ac religiõe cõscripsit. Qua tẽpestate etiã Aniceto: romane ecclesie p̃sidente: Policarpũ romã venisse atq habuisse sermonẽ cum ipso Aniceto de pasche die: Hyreneus refert. Sȝ τ alia quedã d̃ codẽ Polycarpo scribit. q̃ mihi dignũ videt̃ corpori huic nr̃e narrationis inserere. Tertio igit libro aduersus hereses: hec deo cõmemorat Hyrene⁹. Policarp⁹ inq̃t qui nõ solũ ab apostolis erudit⁹ est neq solũ ꝯuersatus est cũ ijs q̃ dñm viderãt sȝ ab ipsis ordinat⁹ est. Smyrneoꝝ ecclie ep̃s. Quẽ nos quoq i p̃ia etate nostra vidimus. Diu etem ꝑmansit in vita τ longeua etate ꝑdurans: nobilis viuẽdo sed τ moriendo nobilior extitit: q̃ppe q̃ vitã martyrio terminauit. Docebat autẽ semp ea q̃ ab ap̃lis ipse didicerat τ ecclesie hec tradebat q̃ sola vera ducẽda sunt. Quorum testes sunt omnes ecclesie que in Asia constitute sunt vsq per tẽpus etiam nunc in Polycarpi successione ꝑdurant. Multo aũt verior et fidedignior: hic autor ecclesie est τ veritatis testis: q̃ valẽtinus τ Marciõ τ ceteri ꝑuerse mẽtis hoies. Qui ẽt sub Aniceto romã preerit: τ multos ex supradictis hereticis ad ecctiam dei conuertit hãc solã ꝑdicans tenẽdã esse veritatẽ quam ipse sciret se ab ap̃lis suscepisse quã τ tradebat ecclie. Et sunt adhuc ẽt

nunc qui audierunt ab ipso: q̄ Johannes apostolꝰ discipulꝰ dñi apud Ephesum cum balneas lauādi gr̄a fuisset ingressꝰ: ⁊ vidisset ibi Cherinthū exiluisset cōtinuo ⁊ discessisset nō lotus dicēs Fugiamꝰ hincqȝ ⁊ balnee ipse corruāt in q̄bus cherinthꝰ lauat veritatꝭ inimicus. Idē etiā policarpus Marcioni aliq̄n cū occurrisset dicēti sibi agnosce nos Respondit. Agnosco primogenitū Sathane. Tanta tunc apostoli atqȝ eorū discipuli in religiōe cautela vtebantur vt ne verbi quidem communionem cū aliqui eorum qui a veritate deuiauerant habere paterentur. Sicut ⁊ paulus dicit. Hereticuȝ hominem post vnā et alteram correptionem deuita: sciēs quia peruersus est huiuscemodi ⁊ peccat: cum sit a semetipso damnatus. Extat et epistola Polycarpi ad philippenses scripta perualida. Ex qua formam fide eius ac predicationis. si quis forte salutis sue sollicitudinē gerit capere pōt. Hactenꝰ Hyrenēꝰ. Polycarpꝰ ꝟo in ipsa ep̄la quā ad Philippen. scripserat vtit: testimonijs de p̄ia petri ep̄la.

B ¶ Sed enim Antonino qui p̄iꝰ cognominatus est vicesimo ⁊ secundo anno principatus ex acto: Marcus Aurelius Uerus: ⁊ Antoninus filius eius: cum lucio fratre succedunt. Quo in tēpore. Polycarpus maximis p̄secutionibus Asiam quatientibus: vitam martyrio finiuit. De quo plane necessarium duximus memorie tradere maxime cū scripta extet epistola: ex persona ecclesie Smyrneorū ad Ponti ecclesias data: que de martyrij eius beato fine designat. Cuius exemplum infrascriptum est. Ecclesia dei que est apud Smyrnā ecclesie dei constitute apud Philemolium: ⁊ omnibus qui vbiqȝ sunt sanctis ecclesijs catholicis: misericordia ⁊ pax ⁊ charitas dei patris ⁊ domini nostri iesu xp̄i multiplicet. Scripsimus vobis fratres de martyribus. et de beato Polycarpo: qui velut signaculo quodam martyrij sui finem persecutioni posuit et paulo post describentes etiam ceterorum martyrum agones talia quedā scribūnt: deterrere etenim volentes inspectantem populuȝ: nunc flagris vsqȝ ad interiora viscerum martyres laniabant: ita vt abdita corporis et: que natura in archanis locauerat: nudarētur Nunc autem marinas cocleas, que cōchilia vocant: et acuta queqȝ fragmenta in dorsum supinatis martyribus substernebant. In quibus omne tormenti genus ⁊ pene speciem consumentes ad vltimum deuorandos eos bestijs exponebant. Sed in his precipue designatur vir fortissimus extitisse: Germanicus nomine qui per gratiam diuinaȝ ⁊ meritum virtutis: metum corpore ira gilitatis exclusit. Uolēte namqȝ ꝓ consule persuasionibus aggredi virum et obijcere ei p̄me etatis florem debere eum sumetipsius miserationem capere. Ille nihil moratus sponte dicit̄ preparatam sibi bestiam prouocasse: veluti tardentes, increpans penas. Et iniquae huius vite vltro velocem expetisse discessum. Uerum cum ex huius taȝ insigni morte: stuporem cepisset astantis populi multitudo. ⁊ totius chr̄istianorum gentis mirari virtutem de contenenda morte cepissent: ꝯclamant oēs Tolle impios. Polycarpus requiratur Sed cū ex acclamatione grauis perturbatio fieret. Cherinthuȝ quendā natione frigem: nup de suis regionibus aduentātē: accidit p̄rio quidē bestias cetera qȝ tormēta spōte lasecere: ō hinc tractus animis cedere ad vltimum etiam. salutem segnitia perdere. Que res cuȝ ad martyrium procatia potius: ⁊ temeritate quam deuotione prosiluisse, declarat. Ipse namqȝ se iudicij ingesserat victus. Itaqȝ exemplum euidens omnibus dedit cautius in rebus talibus et circunspectius agendum. quia non temeritas: sed fides: et modestia coronatur.

¶ Capitulum decimumquartum agones beati Polycarpi strennuaqȝ passio eius. A



Ed de bis quidem talia gesta sunt. Insignis autē vir Polycarpus p̄rio quidē cuȝ audiret vulgus

in se acclamationib⁹ excitatum: in nullo penitus motus est sed mãsit impauidus. Tranquillus nanqꝫ erat moribus et serenus aspectu. Qui cum in eadem ciuitate velut interritus permaneret: acquiescens tamẽ deprecantibus se, familiaribus suis: ad agrum quẽdam ciuitati proximũ secedit. atqꝫ ibi cuꝫ paucis die noctuqꝫ nihil aliud ꝙ̃ in orõnibus permanet. pro pace ecclẽiaruꝫ que vbiqꝫ sunt supplicans deo: quod et facere in omni vita sua moris perpetui fuit. Sed is in oratione positus: añ triduum ꝙ̃ cõprehenderetur: visioneꝫ videt per noctem ceruical capitis sui flãmis esse consumptum. Cũqꝫ euigilassꝫ post visum interpretatus est astãtib⁹ somnium suum. Dixitqꝫ pro certo se ob xp̃m per ignem vite exitum sortiturum. Imminente igitur q̃stione: rursus fratrum caritate cõpulsus: cõmigrauit ad alium locum. Quo non multo post inq̃sitores eius ingressi: correptis duobus pueris: ꝛ altero ex his verberato: p indicium eius ad policarpum perueniũt cum iam declinaret dies. Et ingressi: ipsum quidem offendunt in superioribus quiescentem. Unde cum posset facilis ei transitus esse ad alteram domũ noluit dicens. Uoluntas domini fiat. Quinimmo et cum comperisset adesse comprehensores suos: in occursuꝫ eis progressus: leto admoduꝫ vultu ac placido compellare viros, cepit cum ingẽti oris gratia. ita vt illi mirarenť et stuperent: quid tantum studij fuerit: vt vir illius grauitatis et honestatis in tam longeua etate: et tanta vite auctoritate positus perquiri: ꝛ comprehendi sit iussus. Sed ille nihil moratus: ꝯtinuo apponi mensam hostibus quasi hospitibus iubet atqꝫ epulas largius ministrari: vnius hore ab eis spatio orõnis grã impetrato orabat igitur tanta dei grã repletus: vt ammirarentur om̃s q̃ aderant: et ipsi qui ad comprehendẽdũ venerant peniterent: ꝙ tam honestum virum ac deo dignum: et ipsa etate venerabilem: rapere iuberentur ad penã. Et post aliquanta eadem scriptura verbis ipsis talia coniungit ex ordine.

B ¶ Postea vero ꝙ̃ finiuit orationeꝫ memoriam faciens omnium quoscunqꝫ nosse potuit: maiorum minorumqꝫ: nobilium ꝛ ignobilium: ꝛ totius catholice ecclesie que per orbem terre est. Instante iam hora progreditur: ꝛ asino sedens ad ciuitatem ducebatur cuꝫ esset dies magni sabbati. pergenti occurrit ei prefectus pacis. Herodes noïe ꝛ pr̃ eius Nicetas. Qui leuantes eum secũ in vehiculum persuadere sedulo conabantur dicentes. Quid eñ mali est dicere deum cesarem: ꝛ immolare: ꝛ de cetero viuere securum. Hec ille primo tacitus audiuit: sed vbi persistebant. ait ad eos. Quid multis opus est. Facturus non sum quod dicitis. At illi post ea ꝙ̃ nihil se profecisse senserunt indignatione commoti: cuꝫ contumelia eũ vehiculo deturbant. ita vt pedem lederet preceps actus. Sꝫ quasi nichil passus fuisset iniurie tota alacritate contẽptus pergebat ad stadiũ quo duci fuerat imperatus. Cum vero tumultus ingens in stadio ex ingressu ei⁹ fuisset exort⁹: vox e celo delapsa est. Fortis esto polycarpe ꝛ viriliter age. Sed auctorẽ quidem vocis videre potuit nemo auditus tamen ad plurimos venit. Interea animatur ad furorem tumultus populi videntes: qꝛ polycarpus introducitur. Cumqꝫ eminus a pro consule interrogaretur si ipse esset polycarp⁹: se esse confitetur. Ergo inquit habeto etatis tue reuerentiam: et parce vltime senectuti tue. Iura fortunam cesaris: gerens de prioribus penitudinem ꝛ ꝓclama etiam tu tolle sacrilegos. Tum polycarpus toruo vultu ad populum qui in stadio residebat aspiciẽs eleuata ad celum dextera cum gemitu ꝓclamauit et dixit. Tolle socrilegos. Sed insistente pro consule et dicente iura fortunam cesaris: et dic in xp̃m conuitia: et dimitto te. Polycarpus ad hoc. Octagita inquit et sex annis seruio ei ꝛ nihil me lesit vnqꝫ quomodo possum maledicere: et blasphemare regem meum qui salutem michi dedit. Cumqꝫ rursus vehementius vrgeretur vt fortunaꝫ cesaris iuraret, si hanc inquit iactantiam que-

ris vt ego fortunam Cesaris iurem: et qui sim ignorare te simulas omni liber tate audi a me quia xpianus sum. Si vero etiam rationem vis christiane religionis accipere statue diem et audi. Pro cõsul dixit. Suade hoc populo. Polycarpus ait. Tibi quidem respondi. Docemur enim principibus et potestatibus his que a deo sunt honorez deferre. cũ scilicet qui religioni non sit contrarius. Populo autem furenti satisfacere non est meum. Proconsul dixit. Bestias habeo paratas quibus subijcieris: nisi cito penitueris. At ille respondit. Adhibeantur. Nobis enim immobilis stat sentẽtia: nec possumus de bono ad malum per penitudinem commutari. Melius autem erat si hi mutarentur adbona qui perseuerãt in malis. Tu procõsul inquit. Igni te faciam consumi si tibi bestie contemnende videntur: nec ꝑpositi recipis penitudinẽ. At ille. Ignẽ minaris inquit hunc qui ad momentũ scẽditur: et paulo post extinguitur: quia ignoras futuri iudicij ignem eternuz q̃ ad perpetuas penas preparãtꝰ est impiorũ. Sed q̃d moraris. Adhibere vtrũ voles. Hec et multa alia his similia dicens. Polycarpus confidentia simul et leticia replebatur. ita vt alacritatẽ vultus eius responsionũq; constantiam. Proconsul maximo stupore miraretur. Misso igitur curione ad populũ iubet voce maxima protestari. Polycarpum tertio confessuz christianũ se esse. Quo audito vniuersa multitudo tam gentilium quam iudeorum. Smyrnensium ciuitatis cum ingenti furore acclamabant. Hic est totius asie doctor et pater xpianorum nostrorum autez subuersor deorum. Ipse est qui multos docet ne immolent ne ve adorent deos. Et post hec verba acclamabant philippo numeratio: vt leonem polycarpo dimitteret. Qui respondit non sibi licere. quia iam editiõis sue munus explesset. Tũc illi oẽs pariter ꝯclamarunt vt polycarpꝰ viuus arderet. Oportebat enĩz visionẽ eius quã de ardente ceruicali vidit impleri. Que cum dicto citius gererentur ipsis populis ligna vel de balneis vel de publicis q̃buscq; locis et sarmenta cõgregantibus precipue iudeis ardentiꝰ in hoc ex more seruantibus cum omni velocitate extructus est rogus. Tum depositis senior indumentis ac zona resoluta calciamenta quoq; pedibꝰ tentabat educere que nunq̃ nisi a religiosis quibuscq; fide et deuotiõe semetipsos inuicem ꝑuenientibus resolui consueuerat. Ita namq; in omni etiaz reliqua vita sua venerabiliter ab omnibus colebatur. Ut ergo expedita sunt que ad ignem pertinebant cum eum vellent rogo impositum etiam clauis affigere ait Sinite me. Qui enim dedit mihi ignis ferre supplicium: dabit vt et sine clauorum affixione flammas immobiliter ꝑferam. Tum illi omissis clauis vinctis vsi sunt solis. Quibus post tergum manibus reiunctis velut electus aries et ex magno grege assumptus acceptabile holocaustum omnipotenti oblatus est deo has preces etiam in ipsa passione profundens.

¶ Capitulum. xv. de oratione Polycarpi cum igni adureretur: et de quibusdaz alijs martyribus.



Deus dilecti et bñdicti filij tui iesu xpi pater per quem tui agnitionem suscepimus. A ¶ Deus angelorum et ꝟtutũ et vniuerse creature ac totiꝰ iustoruz gñis q̃ hoies corã te viuũt. Bñdico te qui me in hanc diẽ ꝑducere dignatus es: vt particeps existerem martyrum et calicis xpi tui in resurrectionem ꝯvite eterne anime ac spũs mei per incorruptionez spũs sancti in quibus suscipiar in ꝯspectu tuo hodie tanq̃ sacrificium pingue et acceptabile sicut preparasti: et presignasti ita et fecisti. Uerꝰ es tu et sine mendacio deꝰ. Propterea et in omnibꝰ laudo te: et bñdico te. et glorifico te: per eternum deũ et pontificẽ iesuz xpm dilectũ filiũ tuũ ꝑ quẽ et cum q̃ tibi in spiritu scõ gl'ia est nũc et infinita scl'a. Et cũ amẽ insonuisset orõne ꝯpleta subijciũt ignẽ hoies igni eterni ignari. cũq; flãma igẽs reluxisset: vidimꝰ miracl'a oẽs nos

quibus ea deus videre cōcessit. Ex qb⁹
⁊ ꝗplurimi a dño ad hoc reseruati sūt:
vt annunciarent ceteris q̄ viderūt. Flā
ma etenī in modū camere curuata spe
cie quasi vel nauis vento sinuati supra
corpus martyris stetit. Qḋ corp⁹ in me
dio positum nō erat: vt caro ardēs. sed
tanꝗ si aurū aut argentū in fornace cā
desceret. Tūc preterea odorem narib⁹
hausim⁹ tanꝗ turis incensi vel ꝓciosis
simi fragrantis vnguenti. Ac vltimum
videntes scelerū ministri igni corp⁹ non
posse consumi: iussere propius accede
re confectorē ⁊ corpus cui ignis cesse
rat mucrone transfodere. Quo facto tā
largus ꝓfusus est sanguis vt restingue
ret rogum. Populus aūt miraculi stu
pore discessit attonit⁹ erga electos dei
tam insigni eius fauore perspecto.
B ¶Hic est ergo āmirabilis ⁊ elect⁹
tpibus nr̄is magister aplicus ⁊ ꝓphe
ticus. Smyrneorum ecclesie sacerdos.
Qui oē verbum qḋ locutus est ⁊ imple
tum est et implebit in futuro. Sed ille
emulus totius bonitatis et aduersari⁹
oim iustorū postꝗ vidit: ⁊ ꝓ martyrij
glīa: ⁊ ꝓ vite egregie ꝟtutib⁹ coronat⁹
est ⁊ ꝑ mortē pmia immortalitatis ade
ptus satis agere cepit vt reliquias ei⁹
ad sepulturā nostris desiderātibus ne
mo concederet. Instigabat ergo. Nice
ta herodis pater: frater aūt Dalce adi
re iudicē: ⁊ petere ab eo ne humanū cō
cederet corpus ne forte inquit relinqn
tes illum q̄ crucifixus est xpiani hūc co
lere incipiant. Iudeis maxime ista ma
chinantib⁹ qui et nr̄os intentis oculis
obseruabant: ne eū flammis adhuc ar
dentibus raperent. Ignorantes miser
rimi qz neqꝫ xp̄m aliqn̄ possumus dere
linquere qui mortē pro totius mūdi sa
lute sustinuit neqꝫ aliū quemꝗ colere
ꝗ verum deū ⁊ q̄ sol⁹ colēdus sit noue
rimus. Martyres vero tanꝗ discipl'os
dñi diligam⁹ et veneremur quasi inte
gre fidem magistro seruantes: et domi
no quorū nos qz in fide ⁊ perseuerantia
charitatis optamus esse participes.
Ubi autem vidit centurio tam obstina
tam iudeorum contentionem positum
in medio ipsum corpus excussit: et ita
nos postmodum amb usta ossa ꝓcio
sissimus gemmis cariora: ⁊ oī auro ꝓba
biliora per ignem facta collegimus ac
sicut conueniebat ex more condidimus
Quo in loco etiam nunc prestante dño
solennes agimus celebresqꝫ conuent⁹.
Maxime qdem in die passionis eius.
Sed et cum eo corū memorias q̄ pri⁹
passi fuerant celebramus vt sequentiū
animi ad precessorum viam exemplis
insignibus suscitentur. Hacten⁹ de btō
Polycarpo. Cuz quo etiam alij duode
cim ex Philadelphia venientes apud
Smyrnam martyrio consummati sunt
C ¶Sed in eadem epistola ꝯtineba
tur etiam de alijs ꝗplurimis eiusdem
temporis martyribus intexta narratio
In quibus refertur post Polycarpū ꝙ
etiam Metrodorus quidem ex martio
nis heresi presbyter igni sit traditus.
Inter ceteros autez qui per idem tēp⁹
martyres extiterunt famosissimus ini
bi refertur quidam Pionius nomine.
Cuius per singulas interrogatiōes re
sponsionum constantiam: ⁊ pro fide no
stra ad populum orationes ꝗ apud iu
dices interritus semper astiterit docēs
et disputans etiam in ipsis tribunalib⁹
vsqꝫ his qui in persecutione titubaue
rant cohortationibus suis ad cōsurgē
dum dexteram dederit: ⁊ in carcere po
situs qualiter ingressis ad se fratribus
animos ad martyrij tollerantiam robo
rarit. quos ve etiam ipse pro martyrio
tulerit cruciatus vtqꝫ sit clauis affixus
⁊ ardenti rogo superpositus: ⁊ vt in his
btm̄ vite fecerit finez. Si qs vult pleni⁹
scire ex illa q̄ a nobis de antiqs marty
ribus scriptura ꝯposita est pleni⁹ discet
Post hec et aliorū apḋ pergamuz Asie
vrbem martyrū gesta referūtur. Carpi
cuiusdam ⁊ papirij et Agotonice optie
femine aliarumqꝫ multarūqꝫ ꝓ beatis
confessionibus martyrio coronate sūt.

¶Capitulum. xvj. de beato iustino philosopho et martyre.



Um quibus
⁊ vir mirabilis de quo pau
lo superius fecimus mētio
nem Iustinus cum secūdū

iam librum pro religionis nostre defensione conscriptū temporis illius iudicibus obtulisset remunerationem lingue fidelis & erudite martyrij min⁹ accepit quodam philosopho Crescēte nomine cane tam professione q̃ moribus dolos viro insidiasq; tēdente. Quoniā quidam sepe cū eo disputans auditioribus medijs non solum obtinuerat eū verum & vehementius veritate sibi suffragante confudebat. Unde et victorie sue palmā martyrium percepit a dño. Hoc autem ita futurum etiam beatus ipse verus philosophus veritatis: i ea defensione quā ab eo conscriptā supra diximus aperte sicut erat futurum prophetica mente predixit his verbis. Nā et ego inquit ipse spero me ab aliq̃ hoꝝ quibus pro veritate obsisto insidias ēt se passurum spero baculo aut claua feriendum. Certe vel accrescente hoc nō philosopho sed philocompo: id est non amatore sapientie sed amatore iactantie. Neq; enim dignum est philosophū nominari eum qui de his que nescit publice protestatur xp̄ianos sine deo esse et impios dicit ad gratiam & libidinem eorum quos in errore positos ipse maioribus laqueis erroris inuoluit. Si ei ignoratur ab eo xp̄i doctrina & ea arguit que ignorat nequissimus est: & imperitis multo nequior: quia imperiti vel idiote obseruant ne disputare audeāt de his que ignorant: & de illis testimonium perhibere que nesciunt. Si ṽo legit que apud nos scripta sunt & aut nō intellexit eorum virtutē: aut intellexit quidem sed dissimulat ne & ipse suspectus habeatur in talibus multo nequior & detestabilior iudicandus est q̃ imperiti vulgi captans fauorem veritatꝭ ac pietatis qua probat hostis existit et proditor. Nam et proposuisse me ei scitatis quedā ex quorum responsionib⁹ nihil scire conuictus est. Et in tm̄ sunt ṽa q̃ dico: vt putam vobis etiā q̃stiōis habite inter nos disputationes allatas Ex q̃bus apertissime dignoscitur q̃ nr̄a sunt penit⁹ ignorare. Si ṽo necdū venerunt hec ad noticiā vr̄am pat⁹ sū rursū vobis audiētibus disputare. Hec sunt beati iustini verba in q̃bus scd̄m ea q̃ p̄dixerat per Crescentis insidias martyrio consummatus est. Tatianus quoq; vir eruditissimus in prima etate sua cū magna ammiratione oratoriaꝫ docēs: ex qua et non paruū glorie quesierat postmodum ad nostra studio se cōuertens libros etiam ipse aduesum gētes dignos memorie dereliquit in quibus iustini meminit his verbis. Sꝫ et ammirabilis inquit vir iustinus satis recte prosecutus est similes istos dicens esse latronibus. Et post aliquanta cūz de philosophis quedam dixisset addit etiam hec. Crescens deniq; ille qui obsedit vrbem magnam in puerorum qui dem stupris om̄s preibant: in pecunie aūt cupiditate nullo inferior erat. Mortem vero cum ceteris contemnandam suaderet ipse taꝫ pessimā de ea opinionem gerebat: vt iustinum tanq̃ vltimo malo traderet morti ꝓ eo q̃ veritatem predicans voluptuosos et deceptores philosophos arguebat.

¶ Cap. xvij. pulchra hystoria ď adultero q̃ vxorē suā ob pudicitiā accusauerit



Idemquoq; Iustin⁹ priusq̃ ꝓprius desudaret alioꝝ q̃ aū se martyres extiterunt de scribēs agones: in prio defensiōis sue libro talia quedā refert. Mulier ait quedā ꝯiuncta erat viro turpi que et ipa pri⁹ turpiter vixerat. Hec postq̃ xp̄i p̄cepta cognouit: pudica effecta viro q̃ꝫ pudicitiā ꝑsuadebat suggerens ei scriptum esse in xp̄ianoꝝ p̄ceptꝭ eternas imminere penas his qui pudicitiam in vita sua iusticiāq; cōtēpserit. Sed ille in eadē obscenitate persistens actib⁹ taꝫ suis alienā a se faciebat vxorem. Quippe cū nefas esse mulier existimaret in ei⁹ mariti cōtubernio p̄manere: qui nature lege contēpta nouas vias libidinis exquirebat. Statuit igitur repudiare iura coniugij. Sed xp̄in quis interuenientib⁹ & de mariti emendatiōe pollicētib⁹ ꝯpulsa ē in ei⁹ rursuꝫ ꝯsortio residere. Uerū ille post hec. Alexādriā ꝓfect⁹ cū turpi⁹ agere atq; ince

ste vite maiora nũciaret augmẽta q̃sis se mulier ne vltra in ɔiunctione ei⁹ manẽs particeps incesti hois haberet libello ei repu⁴ij dato discedit. Tũ ille egregi⁹ marit⁹: quẽ gaudere oportuerat ꝙ in tãtũ vxoris sue castitatis ꝓfecisset vt nõ solũ nihil turpe cõmittere: sꝫ ne mariti q̃dẽ patiẽter ferre turpitudinẽ posset a quo emẽdationẽ refutante ꝓ castimonie amore discesserit nouo criminis gñe ꝓ castitate accusat vxorẽ Christiana inquit est. Et illa q̃dẽ libellũ obtulit imperatori: vt p̃mo ꝑmitteret ei rem familiarẽ ordinare tũ deinde respõderet obiectis q̃d ꝛ iudulsit. Uerum maritus cũ mulierẽ nõ posset arguere in tholomei cuiusdã exitiũ q̃ magister mulieris in christiana religiõe fuerat tali arte cõuersus est. Amicũ habebat centurionẽ quẽdam huic ꝑsuadet vt ꝑcontaret a Tholomeo si xp̄ianus esset. Hoc tãtũ Tholomeus tanq̃ amator veritatis nequaq̃ gloriã sue ꝓfessiõis occultãs percunctãti Christianũ se esse cõfessus est. Hũc ɔtinuo centurio in vincula coniecit: ꝛ multo tp̃e squalore carceris maceratũ ab vltimũ Urbitio iudici obtulit: a quo simili mõ hoc solũ interrogatus est tholomeus si esset xp̄ianus. Qui rursum tanti boni sibi ɔscius diuinã religionẽ p̄tulit: ꝛ de xp̄i magisterio ac totius boni institutionibus publica ɔfessione testat⁹ est. Qui eñ negat q̃d est sine dubio culpabile iudicat esse q̃d negat. Continuo igit̃ post ɔfessionẽ ab vicio duci iubet̃ ad mortẽ Lutius aũt quidã xp̄ianus vir videns taꝫ temere datam sñiam ait ad vrbitium. Quid q̃so cause ẽ ꝙ neq̃ adulterũ neq̃ corruptorẽ aut homicidã vel latronem raptorẽq̃ aut alteri⁹ cuiuslibet facinoris reũ. sed tantuꝫ ꝓ nomine christiani ꝙ hoc se vocabulo cõfessus est nũcapari ad mortẽ duci hominẽ p̄cepisti. Non sunt hec digna pio imperatore nec sapiẽtissimo puero filio ei⁹ neq̃ sacro senatu que agiso vrbici. At ille nihil aliud inquirẽs ait ad lucium videris mihi ꝛ tu xp̄ianus esse. Cũq̃ luci⁹ respondisset hoc plane sum etiam ip̄m vrbitius duci pariter iussit ad mortẽ. Ille grãs ago inquit ꝙ me neq̃ssimis dominis absolutũ ad bonũ ꝛ optimũ patrem ꝛ regeꝫ oim deum remittis. Sꝫ ꝛ tertius q̃d in pari modo libertate vsus pari q̃q̃ sententia punitus est. Post hec illa iustinus annexuit ex ordine q̃ paulo ante retulimus. Id est ꝛ ego inq̃t spero me ab aliquo horum quibus pro veritate obstiti insidias esse passurum ꝛ cetera.


¶ Cap. xviij. q̃ iustin⁹ scripta dereliq̃rit



Plurima aut scripta nob̃ hic vir studiorum monimẽta dereliquit quibus erudite ei⁹ anime ac diuinis dedite disciplinis idita colligamus. In quibus emolumenti plurimum inuenire possint hi qui amoreꝫ doctrine et sciẽtie gerũt. Extat igit̃ ei⁹ liber hic de quo super memorauim⁹ ad antoninũ qui dicebat̃ pius ꝛ filiũ ei⁹ ac senatũ ꝓ nostra religiõe ɔscriptus. Sꝫ ꝛ scd̃us nihilominus defensionẽ nostre fidei cõueniẽs quẽ scribit ad successorem supra scripti principis antoninum verũ cuius tempora nunc cepimus explicare. Sꝫ ꝛ ali⁹ liber est aduersum paganos. in quo de singulis vel nr̃is vel grecorum philosophis conferẽs disputationẽ latissimã ɔscripsit. Ibi etiaꝫ de natura demonũ dissent quedã: que his inserere longum est. Sed ꝛ alius liber est aduersum paganos q̃ suscribit̃ cõfutatio. Est alius eiusdẽ de monachia: quẽ non solũ de nostris libris sed et de grecoꝝ voluminibus texuit. Est ꝛ ali⁹ q̃ suscribit̃ psaltes. Et ali⁹ velut in subnatationis modo de a͞ia in quo diuersas q̃stiões inseruit ex his q̃ apud grecoꝝ philosophos agitant̃. Quib⁹ cõtradictuꝝ se repromittit ꝛ suã de his sententiam in illius respõsionis volumine platurũ. Composuit etiã dialogũ quasi cum iudeis: quẽ apud ephesum cum triphone hebreorũ nobilissimo doctore habuit. in quo exponit quõ ipse per diuinã gratiam ac crudelitatẽ vere. fidei ꝑductus sit. cũ prius immẽsum studium erga phorum gesserint disciplinas perquirende veritatis amore detẽtus. Simulq̃ refert de iudeis ꝙ aduersum ecc̃liam

sum ecclesiam xpi insidijs feralib⁹ agāt et pro his insimulat triphonem dicens q: non solū non penituistis p his que a vobis male gesta sunt. sed ꝛ viros aptos ad hoc elegistis de hierosolymis ꝛ mysticis per omnē terrā qui circuirent ꝛ dicerēt impiā heresim surrexisse xpianorum simul ꝛ criminosa quedaꝫ diffamarent aduersuꝫ nos. Quo scꝫ per hoc ignorantes quiq; deterriti cōsortia nostra vitarent. In quo non solum vobisipsis. sed ꝛ alijs opprobria figendo causa mortis extitistis. Scribit aūt q vsq; ad sua tempora prophetie gratia in ecclesijs floruit. Sed ꝛ apocalipsim iohānis apostoli esse dicit. Propheticis etiā quibusdā vtitur testimonijs ad triphonem conuincēs cū de his q iudei abscinderint hec de scripturis ꝛ abstulerint. Sed et multa eius alia apud quam plurimos fratrum ferunt. Que ita probabilia ac digna a veteribus iudicata sunt vt hyreneus ex ipsis inueniat assumere: ꝛ in quarto aduersum hereses: libro de his hoc modo scribere. Et bene inquit iustinus in eo volumine quē ad uersum Marcionē scribit psecutus est dicēs q: ipsi dño nunq; acquiescerem si aliū deū diceret preter omniū creatorē. Et iterū in quinto eiusdeꝫ operis libro dicit. Et optime inquit iustinus affirmat: q: ante aduentum domini nūq; ausus est sathanas blasphemare deum. Quippe qui nondum cognouisset damnationē suaꝫ Hec aūt necessario nobis de opusculis iustini dicta sint ad inquisitionē libroꝝ eius studiosos quosq; fideles prouocantibus.

¶Cap. xix. qui tunc rome Alexādrie et anthiochie episcopi prefuerunt.



Ibitur octauo anno supradicti pn cipis Auiceto vndecimo anno episcopat⁹ sui defuncto successit Soter. Apud alexādriā vero Celadiō quattuordeciꝫ annis ministrato sacerdotio Agrippinuꝫ successorem reliquit.

¶Apud antiochiā pō Theophil⁹ per idē tēp⁹ sext⁹ ab apostolis ecclie ponti ficatū tenebat. Ubi quart⁹ post neronē fuerat cornelius. Post que quinto gradu heros successerat.

¶Cap. xx. qui tunc ecclesiastici scriptores enituerun.



Unc etiā egesippus de quo supra memorauimus in signis habebat ꝛ dionysius corinthiorū episcop⁹. Sed ꝛ pinit⁹ nobilissim⁹ apud cretā in episcopis fuit philipp⁹ etiā ꝛ apolinaris emelito. Musanusq; ꝛ modestus et pcipu⁹ hyreneus quorū omniū ad nos vsq; apostolice fidei ꝛ sane doctrine preclarissima monimenta plata sunt.

¶Cap. xxi. de egesippo et que ipse con memorat.

Ex quibus egesippus in quinto cōmentarioꝝ libro vbi sententiā sue fidei plenissima cū astructiōe designat indicat hoc etiā q cū ad vrbē romā pergeret plurimis per loca singula episcopis in sermane ꝛ charitate congressus omnes eiusdē fidei predicatores doctoresq; repererit. Simulꝫ de epistola clementis ad corinthios scripta quedam commemorat. que etiam inserere huic operi nostro necessariū duxi. Ait ergo. Et permansit inquit ecclesia corinthiorum in predicatione recta vsq; ad primum epm: quē romā nauigans vidi et recedi cū eo apud corinthuꝫ dieb⁹ multis delectat⁹ fidei ei⁹ puritate. Cuꝫ aūt venissent romā pmāsi ibi donec aniceto soter soteri successit eleutherius. Sed in omnib⁹ istis ordinationib⁹ vel in ceteris quas p reliquas vrbes vide ram ita omnia habebant sicut lex anti quitus tradidit: ꝛ phete indicarūt ꝛ dominꝰ statuit. Ideꝫ ipe etiā de hereticis q̄ suo tempore exorti sunt talia quedaꝫ cōmemorat. Et postea q̄ inquit iacob⁹ q cognominat iust⁹ martyr effect⁹ est sicut dñs etiā ipse reddēs testimoniū veritati electione diuina symeon cleophe fili⁹ episcop⁹ ordinat: elect⁹ ab omnib⁹ p eo q esset ꝯsobrin⁹ dñi. Propterea aūt tūc ecclia pgo vocabat. q: nōdū fuerat adulterini verbi subreptiōe corrupta.

¶ Sz theobutes quidē quia repulsus nō meruit episcopatū ipse cepit i initio pturbare oīa ⁊ corrūpere: qui erat ex se ptē heresib⁹ in pp̄lo ɔstitutis. Ex qb⁹ erat ⁊ symō a quo symoniani. Cleobiu⁹ vnde cleobiani. ⁊ dotitheus vnde do=thithani ⁊ gorgothe⁹ vnde gorgothe=ni. Et masbutheus: vnde masbutheni. Sed et Menander vnde menādriani. Ab ipsis ⁊ marcioniste. Et carpogra=tiani ⁊ valētiani. ⁊ Basilidae et saturnia ni. Quorū vnusq̄sq̄ diuersis corruptio nibus fidei seorsum scisma componēs ppriam sectam: ⁊ proprios habuit se=ctatores. Ex ip̄is pcessere pseudo chri sti: ⁊ pseudo pphete: ⁊ pseudo apostoli qui in diuersas partes fratrū vnitatez scindentes per corruptelaz doctrine ca stuz ecclesie cubile maculauerūt impie tatē loquētes aduersus dn̄m ⁊ aduer=sus xp̄m ei⁹. Sed ⁊ antiquitas iudeoꝝ hereses idē ipse scriptor que vel quāte fuerit p hec vba designat. Erāt inquit diuerse snie in circūcisiōe. id est in filijs isreel: que maxime aduersabanť tribu=ni iude ex qua christus est. Erant ergo eseni galilei. Emero baptiste Masbu=thei Samarite Saducei Pharisei. Sz ⁊ alia q̄pplurima scribit de quib⁹ ex par ta iam p locorum oportunitate in supe rioribus memorauimus. Disseruit au tem ⁊ de euāgelio s̄z hebreos ⁊ syrios. Et quedam etiam de lingua hebraica disputauit et iudaicarum traditionuz meminit per que indicat se ex hebreis ad fidem christi venisse. Ueruz ⁊ ipse ⁊ Hyrenus ⁊ omnis antiquoruz chorus librum attitulatū sapientie salomonis dixerunt sicut et prouerbia. Et cetera. De apocriphis vero cuz ageret aduer sus quosdaz hereticos corrupta in his quedam ac falsata esse perhibuit.

¶ Capitulū. xxij de dionysio episco po corinthiorum et eius scriptis.



Edvenien dum nobis est tandez ad beati dionysij com memorationem. Co=rinthiorū ecclesie epi=scopi. cuius eruditio=ne et gratia quā habebat in verbo dei fruebātur nō hi populi solum quos re gendos acceperat: sed ⁊ procul positi. quibus per epistolas p̄sentiā sui red debat. Extat deniq̄ eius ad lacedemo nios scripta de catholica fide ep̄la in q̄ ⁊ de pace atq̄ vnanimitate floretissime edocet. et ad alia atheniēses i q̄ ad euā gelij credulitatē inuitat: ⁊ ɔcitat segnio res. simul et arguit quosdā velut pene plapsos a fide cū ep̄s eoꝝ publi⁹ fuis=set martyrio cōsummatus. Sed ⁊ qua=drati qui publio martyri successerat in sacerdotio meminit simul et memorat ꝙ labore ei⁹ ⁊ industria reddidimus q̄ dam in eis calor fidei reparatus sit. Et illud in eadē designat ep̄la ꝙ dionysi⁹ ariopagites qui ab ap̄lo paulo instru=ctus credidit xp̄o: s̄m ea que in aposto loꝝ actibus designanť: primus apud athenas ab eodē ap̄lo ep̄s fuerit ordi=natus. Ferť ⁊ alia eius epistola ad nico mediēses: in qua heresiz marcionis im pugnat: ⁊ ecclesiastice fidei regulā mi=rabili ratione ɔstituit. Scribit ⁊ aliam ecclesie cortinēsiū: ceterisq̄ simul eccle=sijs crete in qua ep̄m ipsoꝝ Philippuz velut magnis v̄tutibus ⁊ optimis stu=dijs preditum ptestatur. Dicit autem ab hereticoꝝ ɔuiuijs abstinendū. Scri bit ⁊ aliā ecclesie amastrenoꝝ. ceterisq̄ cū ea pōti ecclesijs in qua bachilidis ⁊ helpirti meminit. tanq̄ q̄ eū cohortati sint ad scribendū. Et multa in ea ex di uinis scripturis explanat: simulq̄ ep̄i eoꝝ mentionem facit noīe palmee. Sz ⁊ de nuptijs ⁊ castitate plurima ɔme=morat. Et ex quocūq̄ lapsu resurgētes ⁊ ɔuertētes se a peccato etiā si ab here tica puersitate resiliāt suscipi iubet. Cō iungiť ⁊ his alia eius ep̄la ad gnosios in qua cōmonet ⁊ deprecať ep̄m eorum Pynitum ne grauia onera discipuloꝝ ceruicib⁹ supponat neue fratribus ne=cessitatē compulse castitatis indicat: in quo nōnulloꝝ periclitetur infirmitas. Ad que rescribēs pynitus dyonisio sen tentiam quidem ɔsilij melioris ample ctitur. Simulq̄ obsecrat eum post illa q̄ prius scripserat robustioris iā ⁊ vali dioris cibi decetero scripta trāsmittere

q̄bus ad meliorē pfectū ecclesie sue populus alteretur:ne semper cibo lactis inherentes paruulorum vitā in corpe iam senescente perducerent. Simul et recte fidei sue insignia et solicitudinē quā erga curam plebis expēdit eruditionisq̧ ac sapiētie et verbi diuini:in hac epistola pynnitus nobis velut in quodā speculo viuentem sui dereliquit ymaginem Dionysij autem fert et alia ad romanos data ad epm soterem. In qua instituta antiquitus tradita:in ecclesia romana custodiri illum libenter amplexus. his indicat vobis. A pncipio namq̧ moris est inquit vobis omnes fratres varijs iuuare beneficijs multisq̧ ecclesijs que sunt per diuersa terrarū loca:cuncta q̄bus indigent destinare. Singulorum quoq̧ necessitates in omnibus consolari. Sed et per metalla fratribus relegatis:que vsus poscit prebere. Hec ab initio romane ecclesie facere moris fuit a patribus sibi huiuscemodi institutione dimissa:et semp integre custodita. Beatus vo eps vester soter non solum seruauit que patres tradiderāt.sed et auxit in melius. Qui non tantum sanctis queusus corporalis poscit impartit.verum et aduenientes fratres clemētis satis et mitissimo consolatur alloquio:et tanq̄ piū se ac religiosum patrē singulis exhibet. In hac ipa scriptura meminit etiā epistole clemētis ad corinthios scripto significās veteri instituto et antiqua consuetudine semp ipam epistolam lectā esse in eccl'ia. Deniq̧ sic dicit beatā inquit duximus hodiernā dn̄icā diem:in qua legim⁹ epl'am vestrā quā et semper nostri cōmonitionem legim⁹: sicut et illā priorem a clemente ad nos scriptam. Idem adhuc ipe de epistolis suis tanq̄ falsitatis a quibusdā hec scribit. Eplas eniquasdā fratribus rogantibus me scripsi:quas tamen apostoli sathane zizanijs repleuerunt quedam auferentes:alia autem addentes quibusve repositū est in iudicio dei. Quid autem mirum si dominica verba sancte scripture falsare conati sunt.que vilia hec q̄ nos scripsimus corruperunt. Fertur adhuc et alia pter istas dionysij ad crisopophorā fidelissimā sororē scripta in qua cōueniētes vel serui vel mēsure ei⁹ rōnabiles ei diuini vbi exhibuit dapes. Sed de dionysio satis sit dictū.

¶ Capitulum.xxiij.de teophilo antiocheno episcopo.



Theophili vero quē ātiochie epm supra diximus ferūtur tres institutionū libri ad autolicum scripti. Et alius aduersum heresim hermogenis in quo et testimonijs vtit̄ de reuelatione Johānis. Sed et alijs extant ei⁹ instructionū variarum libri. Igit̄ ea tempestate hereticis p omnem locū zizaniorum modo pura vbi de semina maculantib⁹ et areas apostolice doctrine adulterina admixtiōe fedātib⁹ ex omni parte sacerdotes dn̄i velut vigilantes agricole excutere eorum et expurgare mala semina nitebant̄ et tanq̄ solliciti pastores insidiātes lupos gregib⁹ xp̄i clamorib⁹ simul insectatiōibusq̧ repellere ɔmonēdo fr̄es instruēdo scribēdo etiā longe positis. Ipsos q̄z interdū sicubi corā dephēdissent quomin⁹ purgēdo et vborum lucta ac disputationū certamine ꝓsternēdo. Alij etiā posteris ɔsulentes q̄stiones eorum et puersas obiectiōes editis ɔmētarijs ɔfutādo. Inter q̄s et theophilus de quo nunc loquimur nō ignobili aduersum eū id ē aduersum martionē indicat̄ ex his q̄ legimus disputatione ɔgressus. Huic igit̄ septim⁹ ab apostolis in anthiochene ecclesie sacerdotio maxim⁹ successit. Sed et philippus quē cortinēsis eccl'ie epm supra dixim⁹ nobile etiā ipe monimētum aduersum martionē dereliquit. Sil'r et hyreneus Magnificentius autem ceteris modestus:qui omnes ipsius deceptiones et fallacias retecto quo velabātur ne quis tegmine denudauit.

¶ Capitulum.xxiiij.de melitone et eius scriptis.



Melito quoq̧ Sardēsis Antistes ecclesie et apolinaris apud hierapolim ecclesiam regēs celeberrimi inter ceteros

habebantur. Qui ⁊ imperatori romano apologeticos siliter libros p nostra fide luculentissime cõscriptos porrexerunt. Horũ quanta relicta sint monimenta q̃ ad nostrã vsqȝ ad notitiã peruenerunt infra ostendit. Melitonis de pascha libri duo. De optima cõuersatione liber vnus. Sed ⁊ de pphetis. De ecclia. De die dñica. De fide hois. De figmento. De obediẽtia fidei. De sensib⁹. De aia ⁊ corpore ⁊ mẽte. De lauacro. De veritate. Itẽ de fide. De generatiõe xpi. ⁊ de pphetia eius. Itẽ de aia ⁊ corpore. De hospitalitate. Itẽ liber qui dicit clauis. De dyabolo ⁊ reuelatiõe iohannis. De deo corpore iduto. Et post oia liber ad antoninũ verũ. In libello suo de pascha tps quoqȝ quo scribebat insinuãs ita dicit. Sub sergio inquit paulo pro cõsule asie: quo in tpe sagaris martyrio coronatus est: questio ingẽs oborta est apd Laoditiam de pascha: quib⁹ dieb⁹ hec scripsimus. Huius etiam ipsius libelli mentionem facit clemens Alexãdrinus in opere suo: vbi de pasche rõne scribit: q se dicit ex occasione huius ipsius libelli: qui a melitone prius editus fuerat scribere.

B ¶In eo aũt libro quẽ ad impatorem scribit. talia quedã memorat illis temporib⁹ aduersum nos gesta. Quod nunqȝ inquit factum est: nũc persecutionẽ patitur genus piorũ. Effugant vndiqȝ nouis decretis per oẽs asiam promulgatis. Impudẽtes namqȝ hoies et calumniosi qui rapere aliena desiderãt occasione accepta imperialium preceptorũ: more pdonum die noctuqȝ grassantur et diripiunt innocentes. Et post aliquanta iterũ dicit. Et si quidẽ te iubente hoc faciunt: bonũ credam⁹ q̃cq̃d iusto imperatore iubẽte cõmittitur. Sȝ ⁊ nos libẽter ferimus mortẽ quã a te cognoscimus irrogari. Sed hoc est solum quod te obsecramus vt ipse prius ministros proteruitatis hui⁹ requiras: ⁊ si a te mandate sunt iste quas irrogant mortes ipse discutias. Si ŭo tuaȝ quoqȝ cõscientiã preceptum istud tam in maner tam barbarũ latet: obsecramus: ne nos despicias: nec patiaris religiosos ciues tam publico patrocinio iugulari. Et iterum post aliquanta addit etiam hec etenim philosophia hec qua nos vtimur primo quidem lorebat apud Barbaros. Introducta est autez etiam Roma, ne vestre conuersationi Augusti tẽporibus. Ex quo ⁊ regni vestri sublimi⁹ culmen ascendit: obseruãtie hui⁹ auspitijs eleuatũ. Cui⁹ imperij feliciter ppagati: tu felix successor extitis ⁊ traditũ tibi feliciter seruas vna cũ filio. Propter qd ⁊ simul tibi cum imperio traditũ nostre phie ritum: pari religiõe custodi: velut qui ingressu suo patribus tuis cũm prosperitatis intulerit: ⁊ fidẽ que cũ ipsius Augusti felicitatib⁹ adoleuit: integraȝ tu quoqȝ nunc regnans illibatamqȝ conserua. Q: nec ipse Augusto in ingressu eius vel in progressu triste aliquid accidit. Sed e contrario leta omnia ⁊ omnia magnis successibus plena: obsecrantibus deũ summũ: pro imperij eius statu religionis huiusce: cultoribus. Nec quisqȝ principũ nisi Nero solus ⁊ domitianus: nequã hominum suggestionib⁹ aduersati sunt dogmati nostro. Ex quorũ tpe accidit nos falsis calumnijs infamari. Sed illorũ errorẽ qui ex ignorãtia venerat: emẽdauerũt patres tui qui frequentib⁹ post modũ decretis: aiaduerterũt i eos q̃ auderẽt molestie aliqd hmõi cultoribus irrogare. In quibus auus tuus Adrianus ⁊ ad alios quidẽ multos iudices: precipue tñ ad fundanium pconsulẽ asie: pro hoc litteras dedit. Pater vero tu⁹ tecũ pariter romani regni apicẽ regens omnib⁹ quidem generaliter ciuitatibus: maxime tñ ad larisseos: ⁊ ad Thessalonicenses. et ad Athenienses: pro his mittit edicta. Te vero multo magis eandẽ credimus seruare sniam: immo ⁊ multo clementius cõfidimus prouisurum: tanqȝ qui vere phie ⁊ pure religionis amator existas. Hec ⁊ multa alia notabiliter ab eo scripta in libello de quo memorauim⁹ inseruntur.

C ¶In his autem que de explanatione scripturarũ scribit: quasi in perfectione enumerat: que sint volumina veteris testamenti que in canone debeant

obseruari. Quam partem scripture: videre his necessariũ puto. Melito Onesimo fratri salutẽ. Quoniãquidẽ frequẽter me rogasti ꝑ studio qd habes erga verbũ dei vt excerpã tibi testimania ex lege et prophetis de saluatore & de fide nostra: simulq; indicere: qui sit ordo vel numerus veteris testamẽti voluminũ. Postulata libenter expleui: sciẽs qd sit in te descendi studiũ vel quãta fidei deuotio. & eterne vite desiderio nihil ꝑpo nis. Scias ergo ꝑdisse me vsq; ad orientis locum: vbi predicationis nostre cepit exordium: & vbi gesta sunt illa oĩa q̃ leguntur scripta: ibiq; diligenter de omnibus explorasse: que essent veteris testamẽti volumina. Ibi igitur que cũ omni inuestigatiõe cõperi hec sunt Moysi libri quinq; Genesis. Exodius. Numerus. Leuiticus. Deuteronomiũ. Tum deinde iesus naue. Judicium. Rut. Regnorum libri quattuor. Paralippomenon libri. ij. Psalmi Dauid. Salomonis ꝓuerbia sapientia. Ecclesiastes Cantica canticoꝝ. Job. Prophete aũt Esaias Hieremias. Duodecim prophetarum liber vnus. Daniel & Ezechiel. Esdras: Ex his ergo eglogas tibi. i. excerpta testimonia i sex libris digesta trãsmisi. de melitionis monimentis ista cõperim⁹.

¶ Capitulum. xxv. de appollinare & eius scriptis.

Appolinaris vero cuz multa: a multis habeantur ad nos tamen ista sunt que venerunt. Apologetic⁹ liber ad predictuz imperatorẽ script⁹. Et aduersuz paganos libri quinq;. De veritate libri duo. Et quos postmodũ edidit aduersum Catafrigas. Montanum scilicet & pseudo ꝓphetas eius: q̃ tũc primũ deuiãdi a recto itinere exordiũ sumpserãt.

¶ Capitu. xxvi. de musano & heresi encratitarum & seuerianorum.

Sedet musam cuius in ꝑcedentib⁹ fecim⁹ mẽtionẽ: fertur libell⁹ multa elegãtia script⁹ ad quos dam fratres qui declinauerant ad heresim que dr̃ Encratitaꝝ tunc nuper exortam. Cuius auctorem extitisse. tacianũ sermo asserit: illo ipso de quo in superioris memorauimus beato Justino testimonium dante: cuius eum & discipuluz ferunt. De quo tñ hyreneus in primo libro cõtra hereses hoc refert.

A ¶ Saturnino inquit et martione descenderũt. ij qui vocantur Encratite: nuptias refutãtes: que a deo antiqt̃us institute sunt & subtiliter accusantes illum qui ab initio masculũ & feminã ad restitutionez humani generis fecit. Sz & ab animalib⁹ abstinendũ predicãt: ingrati existentes deo qui hec humanis vsus procreauit.

B ¶ Contradicunt etiã primi hoĩs saluti. Et hoc nunc inuentum est ab eis quibus Tatianus quidez autor extitit: & huiuscemodi blasphemias itroduxit qui fuit quidẽ auditor iustini: sz donec cum ipso fuit: nihil tale se sentire prodidit. Postea vero q̃ ille martyr effectus est: abscidit se ab ecclesijs: doctoris arrogantia tumidus: & elatione nimia inflatus: tanq; qui se ceteris duceret meliorem proprium mallens q̃ a veteribus traditum docẽdi instituere stiluz: secula quedã inuisibilia ꝑm Ualẽtini fabulas introducens. Nuptias aũt & fornicationẽ corruptionẽq;: pari iudicãs lege: similia Martioni Saturninoq; confirmans De salute vero adã indubiũ deducẽda nouis questionibus cõmẽtat. Et paulo post idẽ hyrene⁹ addit etiã hec. Non multo aũt inquit post. Seuer⁹ quidam supradicte heresi robur adiungẽs fomẽta maxima ei⁹ sectatoribus ꝑstitit: vñ & magis. Seueriani appellati sunt. q̃ vtũtur quidẽ lege & ꝓphetis & euangelijs: sed ꝓpria quadã interpretatiõe scripturaꝝ sensum ꝑuertunt. Obtrectant autẽ paulo aplõ: & refutant ei⁹ epistolas. Sz neq; act⁹ aploꝝ suscipiũt. Uerũtñ prior coꝝ auctor. Tatian⁹ collationẽ quãdã faciens euãgelioꝝ: nescio quõ cõposuit euãgeliũ vnũ ex quattuor: q̃ dyatesserõ noiauit: qd etiam nũc hr̃ a multis. Dicitur aũt & nõnulla ex sermonib⁹ apl̃i permutasse: tanq; q̃ emẽdare velit ordinez

cópositionéq verboꝝ. Reliquit aũt hic ipse infinitũ libroꝝ numerũ. Sȝ ille quẽ aduersum gẽtes scripsit liber ex oibus scriptis eius pcipuus ꝛ valde vtilis cõprobatur. Sed de his satis dictum.

¶ Capitulum. xxvij. de bardesane et de eius scriptis.

Per idẽ tẽpus innumeris heresibus vbiq pullulantib⁹ ꝛ pcipue apud mesopotaniã: Bardesanes quidã vir disertissimus in Siroruȝ lingua ꝛ vehemens dyalecticus aduersuȝ Martionem aliosq nonnullos dyalogos scribit: quos ppria lingua cõpositos edidit. Sed ꝛ plura alia ei⁹ extãt volumina q̃ discipuli eius in grecũ vertere sermonem. Eratq nãq ita potens in verbo ꝛ doctrina: ꝛ in disputationib⁹ validus vt plurimos ꝛ nobiles viros habuerit sectatores. Est ꝛ ei⁹ ad antoninũ de Fato potentissimus dyalogus. Sed ꝛ alia multa scripsit q̃ satis vtilia ꝛ pernecessaria: persecutionũ que nũc erant tpibus extitere. Ferũt aũt hunc ipsum fuisse primo de valẽtini scola. Sed cum magistrũ notasset errores ꝛ ineptas ei⁹ fabulas arguisset visuseẽ sibi ad meliorem ꝛ rectam fidẽ sniam cõuertisse. Nec tñ ex integro veterũ erroꝝ sordes maculasq deposuit. Eisdẽ ẽo tpib⁹ etiã romane ecclesie. Soter eps veuendi finẽȝ fecit.

¶ Explicit liber quartus.

¶ Incipit liber quintus.

Obitur sotheri epo octo annis in vrbe Roma sacerdotio ministrato: duodecimus ab aplis successit eleuteri⁹: septimo decimo anno imperij Antonini veri. Quo in tpe per multas romane orbis puincias ex acclamatiõe ꝛ seditione vulgi: psecutiões aduersum nostros dirissime ꝯcitate sũt: ita vt multa milia martyrũ p loca singula fierent. Qđ cõicere ex ijs facile possum⁹: que ad rerũ gestarũ memoriã ꝯseruandã: litteris mãdata reperim⁹. Et q̃uis de hoc plenior nobis narratio quã de singulorũ martyrijs psecuti sumus suis titulis videatur exposita: q̃ instructioneȝ pariter doctrine ꝛ scientie necessariã nõ minimã continet tñ que etiã presenti operi cõpetere duximus pauca inserem⁹ e multis. Alij nãq scriptores hystoriarũ referãt bella trophea victorias magistratuũ ducũq fortia gesta cõcelebrent: mortesq ciuiũ aut hostiũ narrẽt patriã cõiuges liberos: diuersiscũcta cedibus confusa describãt. Noster hic sermo qr narrationẽ ꝯtinet de ijs q̃ ad deũ ptinet reb⁹ absurdum nõ erit si bella describat que caro p aie salute perpessa est: ꝛ pugnas quas aia vt celestẽ patriã recuperaret excepit: si certamina ei⁹ referat q̃ p fide veritatis exegit in quib⁹ nõ aduersum mortales milites: sed aduersuȝ spũales demones dimicauit non pro liberis carnis: sed pro spũs libertate. Si inq̃ monimẽtis lrarũ mandem⁹ prelia que nõ p terrarũ spacijs: nec prouinciarũ possessionib⁹: sed pro celoꝝ regno et paradisi hereditate peracta fũt. Nõ regi mortali imperiũ quesitura: sed ab immortali rege oim deo: triumphorũ gloriam perceptura.

¶ Cap. j. de persecutione in xpianos sub antonino vero apud lugdunum ꝛ vienam.

Galliarũ nobilissime vrbes Lugdunẽsiuȝ ciuitas habet ꝛ viennẽsiuȝ. Quas pcipiti lapsu preterfluit rodanus: nobilissimus fluuioꝝ. In his q̃ ꝛ quãta erga dei martyres gesta sũt supra memoratis antonini veri tpibus: descripta p ordinẽ ab eis ad ecclesias Asie ꝛ frigie fideli relatiõe trãsmissa sunt. De qb⁹ vt fides certior habeat ipsa scriptoꝝ exempla subijciaȝ. Serui xpi habitãtes apud viẽnã ꝛ lugdunum gallie vrbes fratrib⁹ oib⁹ q̃ p asiã ꝛ frigiã eãdẽ queȝ nos redẽptionis christi fidẽ ꝛ speciẽ gerunt: pax vobis ꝛ gratia ꝛ gloria a deo patre ꝛ xpo iesu dño no-

stro. Et cū nōnulla velut in prefatione prosecuti viderentur: post aliquāta ita rerum gestarū ordiunt initium. Tribulationis aiunt nostre magnitudinem: et gentilium furorem quē sanctis martyribus intenderūt: sicut est enumerare: ne presentes quidē ipsi sufficimus: nedum scriptura cōprehēdere. Omnib⁹ etenim virib⁹ cōgressus est inimicus tanq̄ iā placerbitatē persecutionis aduētus sui ostētaret inita: ⁊ p hoc instrueret ⁊ informaret ministros suos: aduersus seruos dei omne ministeriū sceleris ⁊ crudelitatis explere: ita vt primo domorum nobis prohiberet habitatio. Tum deinde vsus balnearū. Post etiā pcessus ad publicū. Ad vltimū ne oīno in quolibet loco domi forisq̄ publico priuatoq̄ videremur. Sed aderat dei gratia: que fragiliores quosq̄ nostroꝝ de manib⁹ eorū eripiebat. Procedebāt aūt in mediū viri stabiliores colūnis: qui possent per patiētiā suā nō solū ferre impet⁹ quos excogitabat inimicus: sed ⁊ vltro expetere: ⁊ sponte se oībus vel opprobriorū vel tormentoꝝ cruciatib⁹ obiectare: et lacessantibus iam pene tortorib⁹ ipsi et adhuc parū putare: p eo q̄ moram sibi hanc esse quodā mō ad xpm festinantibus crederent. Rebus fere ipsis ⁊ patiētie virtute clamantes: q: non sunt cōdigne passiōes huius tpis ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Ferebāt ergo fortiter acclamationes aduersum se ⁊ pbra atq̄ iniurias ppt̄ ⁊ cōtumelias eorū laudes suas ducebant. Sed ⁊ verberari se ab eis ac lapidare: ⁊ cōcludi patienter accipiebāt: equanimiter suscipiētes quicq̄d illud furentis vulgi excogitasset insania. Denicq̄ quodā tpe astāte tribuno ⁊ prioribus ciuitatis pro solis acclamatiōibus populi: correpti ⁊ incarcere trusi sunt fratres vsq̄ ad pñtiam presidis cuiq̄ aduenieti offeruntur. In quos ille tanta crudelitate vsus est: vt seuitie eius species singulas nemo possit exponere.

B ¶Vectius igitur pagathus vir⁹ ex fratribus qui et in deum perfectam caritatem et in hoīes integram custodiret: cuius vita cum esset adolescens ita erat examinata omnibus et probata: vt etiam grauissimis senibus preferretur. Incedebat enim in omnibus mandatis et iustificationibus domini sine querela. Ad obsequia quoq̄ seruorum dei promptissimus erat. Is cum zelo diuino et feruore spiritus plenus tam crudelia seruis dei supplicia videret inferri: et contra ius fasq̄ tot penas humanis visceribus excogitari: indignitatem rei vltra non ferens poscit se audiri pro ciuibus optimis quib⁹ nihil impietatis commissum probari poterat locuturū. Erat enim ⁊ nobilissimus inter suos et eruditissimus. Uerum cum defensionē eius non reciperet obstinatio iudicis: inquirit tantum ab eo si esset ⁊ ipse christianus. Atq̄ christianum se esse clarissima et libera voce testatus est tanq̄ aduocatus inquit christianorum: ⁊ ipse vinctoru3 numero societur. Sed in hoc illi quidem quid dicerent ignorabant. Ille vero habens in se aduocatum pro nobis iesum: hoc nomine meruit honorari: sancti presbyteri zacharie: q̄ erga sanctos plenitudinem caritatis ostenderat secutus exemplum. Qui et ipse dum fratribus adest: et defensionem libertatis que in nostra religione consistit exequitur: dominicum secutus exēplum animam suam pro ouibus suis posuit et pro amicis. Et ideo cum hoc pariter velut discipuli fideles christi in regno venturo sequentur agnum quocunq̄ vadit. His igitur optimis et fidelissimis ducibus vsus omnis reliquus sanctorum chorus prompti et alacres aīas suas pro fidei libertate ponebant.

C ¶Aliqui autem impares et infirmiores inuenti: et ad illate persecutionis euehendum pōdus inualidi: decem ferme numero lapsu suo luctum nobis et ingentem tristitiam reliquerunt: et multos animos quos priorum fides accenderat infregerūt. Unde et omnes valde perterriti sumus: nō propter tormenta que crudelius videbantur inferri: sed pro exitu ꝯfessiōis incerto q: multo nos grauius lapsus nostrorum q̄ ea que inferebantur tormenta cruciabant. Comprehendebantur tamen quotidie


quos dignos dominus iudicabat in la psorum numerum subrogari ita vt ex vtraque ecclesia omnes qui studiosi et magni videbantur: et quorum labore et industria regebatur ecclesie vniuersi pariter tenerentur. Accidit autem etiam seruos comprehendi quorumdam ex nostris paganos: quoniam quidem publice iussum fuerat requiri omnes et teneri. Qui que demonis instinctu, cum tormenta pertimescerent que inferri sanctis videbant: monentibus se in hoc ipsum militibus qui bus ita fuerat preceptum confessi sunt aduersum nos: velut thiesteas cenas et incesta edippia perpetrantes: et alia que nec proloqui aut cogitare nobis fas est et qualia nec credere quidem possumus aliquando apud homines gesta. Que cum de nobis diffamata fuissent in vulgus: horrori maximo et execrationi apud omnes homines esse cepimus: etiam apud eos qui prius aliquid moderationis erga nos seruandum esse censebant. Et omnes simul fremere aduersum christianos atque insanabili odio furere ceperunt. Tunc vidimus compleri illud quod a domino dictum est: quia veniet tempus in quo omnis qui occiderit vos putet se obsequium offerre deo.

D ¶ Post hoc iam supra omne narrationis genus est suppliciorum et cruciatuum modus qui sanctis martyribus inferebatur perurgente sathana: quo scilicet etiam illorum confessione tale aliquid elicere tur: a nobis esse commissum in quo omnes pari atque eodem furore persistebant vulgus iudex: officium milites purgentes precipue sanctum nomine: quendam diaconum vianensem: et maturum neofitum quidem: sed in fide et patientia robustissimum. Sed et attalum pergamenum ciuem qui columna et firmamentum ecclesie nostre in omnibus fuit et blandinam feminam: per quam christus ostendit quia ea que apud homines despecta sunt: et contemptu habent l: magna gloria apud deum ducunt: et quia charitas eius: que fragilia sunt per naturam per gratiam facit esse firmissima. Cum enim omnes nos de ea trepidaremus sed et ipsa eius carnalis domina: que erat ex numero martyrum vereretur ne forte blandina cederet in tormentis et pro debilitate corporis vix ad prime confessionis tormenta sufficeret: tanta tollerantie virtute firmata est vt resoluerentur prius et considerant carnificum manus qui sibi per contentiosa iudicis animositate inuicem succedebant. Denique a prima luce vsque ad vesperam tormenta semper innouantes ad vltimum victos se confitentur stupentes quomodo inea spiritus permaneret cum nihil tam ex corpore per supplicia resedisset. Sed illa vere beata (vt post modum nobis ipsa disseruit) quotiens vocem confessionis emisit et christiana sum proclamauit: totiens noue vires corpori reddebant et tanquam ablutus per confessionem doloribus instaurabatur recentior ad agones. Eo que quo magis intellexerat quod vox pia sensum doloris extigueret: sepius et alacrius christiana sum et nihil apud nos mali gerit proclamabat.

E ¶ Dyaconus quoque sanctus nomine etiam ipse supra quam dici potest et supra quam humanam fas erat ferre naturam acrius insistentibus ministris demonum quo aliquid ab eo elicere possent confessionis illicite noua penarum genera protulit. Et que longe substantiam humane conditionis excederent. At ille vir deo plenus intantum crudelitates eorum risit. et ferinam in questione seuitiam. vt nunquam dignus sit vel quis esset genere vnde domo vel patria vel nomen saltim suum eis fateri. Sed de his singulis interrogatus nihil aliud in omnibus tormentis nisi christianum se esse respondit. Hoc mihi nomen: hoc genus et patria est. Aliud inquit omnino nihil sum quam christianum. Vnde et incredibilis eos agitabat insania quod tantis penarum generibus consumptis extorquere ei nec professionem quidem proprij vocabuli potuissent. Ad vltimum candentes laminas eris et ferri erga inguinis loca: et delicatiora quoque membrorum instauratis ignibus adhibent. ex quo carnes quidem eius aduste igni defluebant. Ipse vero permanebat immobilis inconcussus intrepidus celestibus eternisque fontibus que procedunt de ventre iesu humanas in se temperans flammas. Uerumtamen membris omnibus martyr erat et toto corpore vnum vul

nus horrebat. Perit in eo hūane forme agnitio. & nō solū quis esset. sed & quid eet tormētor crudelitas ne egnosci posset abstulerat. xps tñ in eo solus p martyrij gratiam recognoscebatur. qui per ei⁹ patiētiā destruebat aduersarias potestates & suos milites p tollerantie robórat exēplum ostēdens omnibus quia nihil terribile est vbi diligit pater nil dolorus est vbi fides christi est. Sed artifices scelerum nequaq martyrij erubuere virtutez. Post paucos etem dies considerantes q si tu mentibus adhuc vulneribus que indignarentur etiam ad molissimum manus tactum tormenta rursuz inferrent: & denuo membra iā putrefacta vexarent. Unum de duobus fore aut in sua eū impietatis iura cessurū. aut si in tormētis aiam posuisset terrorē crudelitatis metū ceteris intētādū. Sz hoc lōge ō q impij cogitauere cessit. Nā qð vix credi ab infidelibus potest restitutū est in primā speciē corp⁹ per secūda tormēta. Et officia mēbror q abstulerat pma crudelitas: scða reparauit ita vt iterata supplicia nō ei iā penā cōtulerint sed medelaz. ¶ Sed & blādina quā pauloante memorauimus: simili exemplo ad supplicia secūda reuocat. Que cū semiuiua pene & in mortis quodā ofinio posita iteratis fuisset pulsata cruciatibus velut e somno quodā subito euigilās immemorā future beatitudinis venit & voce constanti tanq de excelso edito otionaret ad populum Multū inqt erratis o viri q putatis infantium visceribus vesci eos qui ne mutorum quidem animalium carnib⁹ vtūtur. Et sic in cōfessione perdurans iter numero martyr sociata retruditur.

¶ Cap. ij. de eodem.




Sed postea q p beatorū martyrū patiētiā tyrannica euanuere supplicia alijs rursus diabol⁹ machinis oppugnare parat famulos dei quo scz afflictione carcerz & penali squalore osumpti ac septimo vt dicūt puncto in neruo pedes ō q credi fas est distēti in intimo tenebrar loco p oia penar gña q furētiū seuitia excogitare poterat deperirent. Quā plurimi & hoc genere in ergastulis osumuntur dño suscipiente eor huiuscemodi exitū qb⁹ nec ibi defuit diuine maiestatis auxiliū. Aliquāti etem ex his qui seuissima tormēta ptulerant nec humane aliquid medele pmissi sunt cōsequi mirū in modum virtute dñi conualescere & subitā mentis alacritatē ac desperatū corporis robur recuperare, ceperunt ita vt cohortatione sua ceteros ad patientiam confirmarent q impatientes erāt penaruz. Illi aūt magis qui nuper fuerant correpti & quor corpora nōdū tormenta solidauerant illi deniq erant q pedoris horror & conclusionis tenebris necabant. ¶ Uerū beati fotini lugdunēsis episcopi gloriosam martyrij confessionem fas non est silentio pterire. Qui cū monagerio maior esset etate & corpore vt pote illi⁹ eui inualidus cetera pene iaz mortuus solo martyrij amore viuebat. Ducit autē ad tribunalia immo potius deferē senior langore resolutus Cuius adhuc solum aia seruabatur vt christus p eā magnificentius in fragili corpe triumpharet. Statuitur interea senior pro tribunalib⁹ impie plebis vndiq clamor attollitur hunc ipm esse insonant xpianum. Tū vero a pside interrogat⁹ quis nā esset xpianor deus. Respondit. Si dign⁹ fueris scies. Hinc vo cunctos velut rabies immensi cuiusdam furoris inuasit ita vt qui ppe astabant pugnis alij calcibus subigerēt senē nec etati nec grauitati aliquid reuerentie deferentes. Illi autem qui lōgi⁹ erant quicquid furentibus tel venisset in man⁹ enim⁹ iaciebāt ita vt vnusqsq summi sibi esse delicti duceret si aliqd insenē sceleris nō intulisset. In hoc em vindicandos deos suos esse credebāt. Quē cū seminecē piecissent in carcerē incōtaminatū paulopost spiritum reddidit. ¶ Per idē tps immēsa quedā dei dispensatio pcurat & mia ex insperato christi domini arte conquiritur quod nunq fere prius ac persecutoribus gestum meminimus. Omnes enim hi qui

primo comprehensi negauerant fidem correpti traduntur in carcerem. Et quo infelicibus ne solamen quidem penalis prestaretur exitij nō quasi christiani iā sed tanꝗ homicide ⁊ incesti detinebantur habentes miseri duplicem penam. Quoniā quidem ceterorum supplicia mitigabat spes ⁊ corona martyrij. Christiꝗ charitas ⁊ sancti spiritus gratia releuabat afflictos. Istos autem ipsis penalibꝰ cathenis ⁊ pondere carceris grauius ꝯscia cruciabat ita vt vultu ipō et aspectu discernerent a ceteris: ꝙ illi ꝓducebantur de supplicijs leti. Et diuinū quid nescio in ipsis vultibus preferentes vincula sua monialia ꝑciosa ducēbant per squalorem carceris christi bonus odor effecti ita vt viderētur sibi nō in ergastulo sed in miro odore theece cōclusi. At illi alij tristes demersis ipsis quoꝗ conspectibus horridi ⁊ omni turpitudis deformitate fediores: sꝫ ⁊ ipsis gētilibus in multo opprobrio expositi erāt tanꝗ degeneres ⁊ ignaui qui fidē perdiderint et crimen inuenerint. Et ꝗ christianorꝝ quidem nomine caruerint homicidarꝝ tñ penas non effugerint. Que cum ita geri viderent ceteri incredibilr corroborati sunt ita vt cōprehensi absꝗ animi mutatione cōstanter nihil aliud ꝗ xpianos se esse faterentur.

¶ Et cum quedā his locis fuissent longius ꝓsecuti post aliquanta iterum hec subiungunt. Post hec iam per diuersas species martyrij eorū velut coronā quandam varijs floribus compositam dominus xps: intexens offerebat patri vt ab eo velut victores magni agonis remunerationem eternorꝝ sumerent ꝑmiorꝝ. Nam maturus ⁊ sanctꝰ ⁊ blādina ⁊ attalus munerum diebꝰ innumeris milibus gentium diuersarum aspectaculū congregatis statuuntur in medio arene. Et rursū maturus cum sancto tanꝗ nihil prius gestum fuisset ad oīa tormentorꝝ ⁊ verberū genera renouantur certātibus omnimodis aduersarijs quatenus eorꝝ patientiā frangerent ⁊ ab ipso vt ita dicam vertice coronas eorū diriperent insanis populi vocibꝰ instigati. Sed illis eo magis animos roborabat spes vicine iā glorie ꝗ sibi iam iamꝗ manu contingere ⁊ contrectare dexteris videbantur. Cumꝗ ⁊ suppliciorum genera ⁊ spectaculorꝝ iā pene tempus fuisset absumptum: nec moueri vllatenus a sententia valuissent cum etiam selle ferree superpositi cōsumptā verberibus carnem ignis subter ministratus exureret. Ad vltimum infatigabiles martyrum spiritus ferro cesis ceruicibus effugarunt. Blandina ꝟo religata stipitem atꝗ in crucis modū distenta bestijs pabulum preparat Que tamen in ligno pendens vultu imterrito ⁊ satis leto orationem fundebat ad dominum: qua ⁊ sibi constantiam et ceteris agonis sui consortibus ꝑseuerātiam precaretur. Et facile vota sperabat implenda que ꝓprijs iuuabat exēplis. Simul ⁊ illos edocēs ꝙ passionum xpi consortibus certū sit etiā glīe eius donanda esse consortia. Sed cū nulla ex bestijs corpus eiꝰ auderet cōtingere deposita d ligno rursū reuocat ad carcerem alijs adhuc agonibus preparanda vt per multas victorias caput quidem tortuosi serpentis attereret: fratrꝝ vero animos ad tollerantiā cōciperet: ꝑ hoc ꝙ ipsam in paruo ⁊ fragilli corpe tot certaminibꝰ ꝑmaneret inuicta: ⁊ ꝑ singulos agones descederet coronata.

¶ Cap. iij. de eodem.



Attalꝰ quoꝗ populi vocibus postulat. Erat enim valde nobilis. Et quod cunctis nobilius est vir optime conscientie: et fide christi per omnia exercita semper martyr. Cūꝗ circum natus fuisset in amphitreatrum titulo se precedente in quo scriptū erat Attalus christianus Fremere in eum vulgi in sanientis furor vehementius cepit. Sed cum presidi indicatum fuisset esse eum romane ciuitatis virū iubet eum cum ceteris in carcerem recipi. simulꝗ ad cesarem refert eiusꝗ sententiā ꝗd de eo iuberet expectat. Uerꝝ inter moras positi in carcere non in fructuosum sibi tp̄s trāsire patiunt̄ sed vigore animi ⁊ alacritate fidei sue eos ꝗ

infirmiores videbant alabant. Et ipsi hondū martyres cohortationib⁹ suis martyres plurimos faciebāt. Ex q̄ magnū gaudiū matri nascebāt ecclie; vidē ti suos filios q̄ pene iā decidisse in mortem videbantur: per hos reparari ad vitam et monitis eorum multis qui iam negando velut ambrosum quoddā esse cti fuerant quasi iterum parturiebantur: et xp̄s in eis iterum formabatur. Docebantur enim ab his: quia deus nō vult mortem peccatoris: sed vt cōuertatur et viuat. Igitur cum a cesare rescriptum fuisset vt persistentes quidem punirentur negātes autē dimitterētur die quodam celeberrimo in quo ex omnibus p̄uincijs coeuntes nundinas apud nos agere solent in ipso frequentissimo conuentu tribunal ascēdēs p̄parari sibi iudex christianos et introduci ad suppliciorum pompam prebendam cunctis q̄ aderant iubet. Rursum itaqꝫ cruces rursum pene rursum tormēta reparentur. Et si qui forte ciues romani reperti sūt hos plecti capite decernit. Ceteros vero bestijs tradi. Ingens tamen ab omnib⁹ gloriam xp̄o conferebatur pro his qui ante negauerant et dimitti neqꝫ negantes potuerant. Nunc vero cum negantibus venia prestaretur in confessione p̄sisterent et perditionis grege reuocati in numero martyrum iungerentur.

B ¶ Igitur cū erga supradictos questio haberetur Alexander quidam genere frix: medicus disciplina vir religiosus et prudens et vite ac morum p̄bitate cunctis carus acceptusqꝫ amore dei p̄citatus cū assisteret tribunali nutibus hortabatur ad p̄fessionem; eos in quos questio agebatur ita vt oībus qui astabant palam fieret quid animo gereret. Cūqꝫ id populi notauissent indignātes maxime p̄ his qui quod prius negauerant rediuiua nunc confessione reuocabant conclamauerunt aduersum alexā driū: hec ipso instigante committi. Qui iussus ac p̄side in mediū statui: qs eēt interrogatus xp̄ianū se esse libera p̄fessione testatur. Quē cōtinuo p̄parandū bestijs condemnauit. Et postea die simul cum Attallo p̄ducitur. Quem contra preceptum cesaris gratificari populis volens etiam ipsum tradi iussit. Sꝫ cum ferarum nulla sanctorum corpora contigisset: omnibus eos verberum ceterarumqꝫ penarum supplicijs cruciatos ad vltimum in conspectu populi in medio arene iugulari iubet. Beato Alexandro in omnibus quas perpessus est penis ne vnum quidem penitus proferente sermonem: sed ab initio vsqꝫ ad finem infra semetipsum semper cum deo loquente: et in laudibus eius ac precib⁹ permanente. Attalus vero cum prunis subter subiectis, in sella ferrea torretur cumqꝫ nidor aduste carnis ad nares: et ora inspectantis populi perferretur voce magna exclamabat ad plebem. Ecce hoc est homines comedere quod facitis vos. Quid a nobis velut occultum inquiritis facinus: quod vos aperta luce cōmittitis. Nos em̄ neqꝫ comedimus homines neqꝫ aliud quod mali agim⁹. Et cū interrogaretur qd̄ nomen habet deus respondit. Qui plures. nominibus discernuntur. Qui vnus est non in diget nomine.

¶ Post hos nouissimo iam nundinarū die Blandina rursus inducitur cum pōtico annorum. xvj. fere puero. Quinqꝫ et in priorum cruciatibus iussi fuerant semp̄ astare quo magis ceterorum videntes supplicia terrerent. Statuūtur ergo in medium: iubentur iurare p deos Illi vero contrario nullos esse agebāt istos per quos iurare cogerētur. Cūqꝫ alijs q̄plurib⁹ v̄bis exprobrarent gentium deos: insanire magis in eos cepit populi multitudo neqꝫ teneram pueri etatem neqꝫ sexum femine miserantes: sed per omnia tormentorum genera quasi quodam eos circulo peragentes nihil deesse penis patiebātur quas crudelitas inuenisset. Tunc ponticus maximum patientie robur materna cohortatione suscipiens et perseuerans in confessione fidei impollutum spiritū reddidit. Beata vero blandina vltima omnium velut omnium nobilis mater p̄missos martyrū ad coronam filios insequi iā secura festinat exultās et ouās velut ad thalamum sponsi inuitata et ad

Sed paulo antequam hic imperiuꝫ sumeret in vrbe Roma defuncto dionysio: post nouem annos sacerdotij felix suscepit sedem. ¶ Quo tempore manes quidam secundum nomen suuꝫ insanies ⁊ instinctu demonis agitatus inuisam et execrabilem omnibus heresiꝫ docet. Hic autem manes gente perses vita ⁊ moribus barbarus fuit: taꝫ acer ingenio vt insanire vel demone adimpleri videretur. Deniqꝫ vt rei exit⁹ docet: christi se nunc gerere formam conabatur ostendere nunc ipsum se esse paraclytum predicabat elatus insania ad similitudinem christi duodecim discipulos eligens ad predicandum mittebat dogmata stulta ⁊ impia a diuersis hereticis qui iam prius extincti fuerāt mutuata dissemunans et nostro orbi. Persica venena propinans. Ex hoc ergo Manicheorum heresis vsqꝫ in hodiernum diffunditur: eo tempore exorta quo Felix in vrbe roma ecclesie preerat. Qui per quinqꝫ annos administrato sacerdotio euticiano sedem reliquit. His decem mensibus solis transactis gaio episcopatuꝫ tradidit. Qui nostris iam temporibus quindecim annis sacerdotio perfunctus Marcellinum successorem reliquit. Quem iam persecutionis tempus inuenit.

¶ Capitulum vigesimumseptimum. de anatholeo viro eruditissimo eiusqꝫ subtili industria qua Alexandriam ciuitatem fame pariter absoluit et bello: et quid ipse de pascha senserit.



Ea tempestate apd antiochiam sacerdotiuꝫ post denuꝫ susceperat Timeus. Post timeū vero Cirillus. Cirillo auteꝫ successit Dorotheus: qui ad nostram: vsqꝫ memoriam perdurauerit: vir eruditissimus et in scripturis diuinis satis intentus: quippe multa diligētia: etiam hebream linguā didicerat. Greca autem eruditione liberali a puero fuerat institutus. Is cum

chus a natiuitate fuit. Ex quo etiā imperator in admiratione eū numerat: et honorem ei contulerat purpure pře posituram. Huius etiam nos cum in ecclesia scripturas exponeret: auditores in pueritia fuimus. Post hunc autē tyrannus apud antiochiam sacerdotiū suscepit. Sub quo ecclesiarum persecutio increuit apud Laoditium post Socratem. Eusebius: Alexandrinus genere episcopus fuit. Qui in causa Pauli Samosatem ad partes syrie cum venisset qđ esset in scripturis diuinis eruditus a fratribus studiosis velut thesaurus quidam repertus: vltra nusq̈ abire pmissus est: sicut Dionysi⁹ in epistolis suis scribit. Huic quoq; anatholius successor: vt aiunt bonus boni extitit. Qui et ipse genere Alexandrinus erat eruditione vero liberalium litterarum ⁊ i philosophicis a puero apprime eruditus. Ita vt apud Alexandriam dialecticam docere ab omnibus eruditis viris ⁊ philosophicis cogeretur. Hunc etiam belli tempore quod inter ciues exortum est apud Alexandriam ferunt multa bona ciuibus in consilijs prouisionibus prestitisse. Ex quibus vnum tantum modo factum breuitatis causa memorabo. Frumentum aiunt cum deesset obsessis: et fames grauius q̄ hostis vrgeret: tertia pars cum due se inuicem impugnarent erant populi sepa rata: que quasi fidem romanis seruabat. In qua parte tunc etiam supradictus Anatholius erat absq; impugnatione. Hic ad magistrum militie refert. eumq; de famis necessitate que obsessis acciderat edocet ⁊ impetratam gratiam ciuibus defert: eamq; hoc modo distribuit. Primum quidē vtrasq; partes inter se dissidentes alloquitur: ac romanis redire in gratiam suadet. Sed cum reluctantes videret: hoc saltem inquit credo vos libenter accipere vt omnem nostrorum manum imbellē qui belli quidem nobis nequaq̈: sibi tamen necessario particeps est: exire portas sinatis. Consilium ab vtraq; parte gratanter acceptum est. Decernunt imbellum manum egredi castris debere. Data occasione omnes pene quos media consumebat pariter cum imbellibus erumpunt. Precipue nostris quibus bellum gerere contra propositū erat. quos omnes Anatholius suscipiens parentis simul ac medici fouebat affectu: et ita multitudini per cibum salutem propere contulit. Reliquis vero qui pauci remanserant formidinem belli et desiderium pacis incussit: ita misericordi prudentiq; consilio vrbem maximam fame pariter absoluit et bello.

B ¶ Hunc ergo secundum de Alexandria: de munere Laodicenorum ciuitas accepit episcopum: post transactum quod supra memorauimus bellum. Multa quoq; opuscula supradicti anatholij magnifice composita ad nos vsq; venerunt.

¶ Ex quibus mihi dignum videtur de pascha quid senserit: ipsius verbis proferre. Est ergo inquit in primo anno initium primi mensis quod est decimum ⁊ octo annorum circuli principium. Secundum egyptios quidem mensis Famenoth vicesima sexta die secundum Macedonis districmensis vicesimasecunda: secundum vero Romanos vndecimo kalendas aprilis. in qua die inuenitur sol non solum conscendisse primā partem. verumetiam quartam iam in ea die habere: id est in prima ex duodecim partibus. Hec autē particula prima ex duodeciē vernale est equinoctiū. Et ipsa est initium mensium: ⁊ caput circuli: ⁊ absolutio cursus stellarū que planete id est vage dicuntur: ac finis duodecime particule et totius circuli terminis. Et ideo non parum derelinquere: dicimus eos qui ante initium hoc noui anni: pascha putant esse celebrandum. Sed nec a nobis primus exordium sumit hec ratio. Antiquis iudeis fuisse comprobata demonstratur et ante aduentum christi obseruata sicut euidenter edocet Philo. et Josephus. ¶ Sed et horum antiquiores Agathobolus ⁊ ab eo eruditus Aristobol⁹ ex Paneada: qui vnus ex illis. septuagesimis senioribu⁹. fuit: q̄ missi fue-

rant a pontificibus ad ptolomeum regem hebreorum libros interpretari in grecum sermonem: Qui & multa ex traditionibus moysi: pponenti regi perfic fanticq responderant. Ipse ergo cum questiones exordiri exponerent dixerunt pascha non prius esse immolandum q̃ equinoctium vernale transiret Aristobolus vero etiam hec addit: in die pasche non solum observandũ esse: vt sol equinoctium vernale transcendat: verum & luna. Cum enim duo sint equinoctia inquit veris et autunni equis spaciis directa et quartadecima die mensis primi fit statuta solẽnitas post vesperam quando luna soli opposita e regione deprehenditur sicut etiam oculis probari licet. Inuenitur vtiq verna lis equinocij partem sol obtinens: luna vero econtrario autũnalis. Legi & in eorum libris alia multa de his validissimis assertionibus exposita: que euidẽter ostendant pasche solẽnitatem omni genere post equinoctium celebrandam. Multa & alia preterea non solum religiosis viris: sed et philosophis ammiranda scripta anatholius dereliquit: q̃ bus salutaris eius eruditio scire volentibus innotescat. Huic primus theotegnus sacerdotium Cesaree tenens in episcopatum manus imposuit et viuens ipse sibi eum successorem sue cathedre statuit. Unde et aliquanto tempore pariter cum ipso Theotegno cesariensi ecclesie prefuit.

¶ Capitulum .xxviij. de nobilibus in ecclesia viris quorum aliquanti vsq ad scriptoris memoriam perdurarunt.



Ed cum ad uersum paulum Samosatenum Anthiochiam conueniretur ad concilium: pretergredientem anatholium defuncto eusebio Laodicensis ecclesia vi sibi vindicauit episcopum. Post quem vltimus vsq ad persecutionis tẽpus apud laodiciam Stephanus ecclesiam gubernauit. Et ipse eruditiõe et eloquẽtia prioribus non inferior: sed fidei virtute longe dissimilis: sicut persecutionis ignis probauit. Nihil enim philosophie in necessitate tentationis ostendit: sed non continuo in illius infirmitate: dei paupertas ostenditur. Post huius namq casum puidit deus ecclesie illi epm theodotum nominẽ. virum non solum verbis: sed rebus & virtutibus ornatũ. Hic arte quidem medicus fuit: sed ad animarum a domino translatus est medicinam. Uere incomparabilis qui super omnes pene homines: fide misericordia studio vigilantia atq omnib⁹ optimis institutionib⁹ claruit: in scripturis quoq diuinis laborem quamplurimũ gessisti interea apud cesaream Palestine Theotigno cũ episcopatũ solertissimo pegisse: Agapius succedit. Qui et ipse multo labore multaq diligẽtia in gubernatione ppl̃i adhibita et p̃cipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur. A quo & vir per omnia prudentissimus vita eruditione moribus adornatus Pamphilus ecclesie ipsius presbyter subrogatur. Sed iste pãphilus quis ve sit et quantus & vnde ortũ dus qm̃ nõ erat dignum breuiter transcurrere: omnẽ eius vitam institutionẽ q a puero: & quanta in psecutionibus p diuersas confessiones pertulerit: quosq agones desudauerit: & qualiter sup omnia coronã martyrij adeptus sit: proprio id opusculo cõprehendimus. De hoc ergo q̃ mirabilis fuerit: illa lectio doceat. Sed et alios quam plurimos per illud tempus admirabiles: in p̃sbyteris viros nostri iam memoria tenet Ut apud alexãdriam Hieriũ Meletiũ vero apud Pontum: qui epũs postmodũ factus est. Sed hiericus quidem acer ingenio in diuinis scripturis nobiliter eruditus: vita purissim⁹: atq ad xp̃ianam philosophiam nudus. Et penitus expeditus doctor ecclesie incomparabilis priuatim & publice mirabiliter disputans. Meletus vero tante fuit suauitatis in moribus & tante dulcedinis:

vt Wel attitur a sodalibus vocaretur. In omni eruditione perfectus in Rethoʒicis talis erat: vt aliis studiis nunq̃ vacasse puteretur in cũctis vero philosophie generibus: que in quinq̃ diuidunt disciplinas: ita erat per singulas consummatus vt cum in vnaquaq̃ quis experiri voluissent: in hac eum sola a puero habuisse exercitium iudicaret. Cũq̃ esset eruditionum pʒerogatiua magnificus: virtus tamen animi et vite sinceritas longe in eo magnificentioʒ habebatur. Quem nobis persecutionis tempoʒe in fuga ꝓpositũ apud palestinã: diligentius ⁊ plenius agnoscere licuit. Igit̃ Hierosolymis post hymeneuʒ de quo pauloante meĩoʒauimꝰ ʒapdas sacerdotiũ suscepit. Quod paruo tẽpoʒe amministratũ hermoni post se tradidit. Hic vsq̃ ad nostri tempoʒis persecutionem: aplicã inibi quaʒ suscẽperat cathedrã conseruauit apud alexandriam vero maximo qui successerat Dionysio: cum decem et octo annis sacerdotiuʒ transegisset Theonas successit cuius tempoʒe Achillas eiusdeʒ ecclesie pʒesbyter: ecclesiastice schole magisterium tenuit eruditione fide e cõuersatione ⁊ moʒibus insignis. Theonas vero cum decem et nouem annis sacerdotiuʒ inculpabiliter ministrasset: sedẽ tradidit Petro viro inter pcipuos egregio. Hic duodecim annos in episcopatu illius vrbis exegit. Quoʒum tres ante persecutionem reliquos vero nouẽ: diuersis in tentationum generibus duxit. Cũq̃ semper in omni agone persecutionum positus: artioʒibꝰ se vinculis continentie distringeret: ⁊ ad vtilitateʒ atq̃ instructionem ecclesie in verbo dei nobiliter insisteret: satisq̃ vigilanter erga omnem sacerdotij curaʒ diebus sudaret ac noctibus: nono persecutionis anno episcopatus vero sui duodecimo martyrij coʒonam capitis obtruncatione promeruit. Huiusq̃ successiones episcopoʒum gestaq̃ diuersa a domini et saluatoʒis nostri natiuitate vsq̃ ad tempus persecutionis in qua ecclesie quoq̃ destructe sũt: hystoʒie mandauimus. De reliquo vero agones martyrium quos ipsi per nosmetipsos vidimus describentes: posteris ad memoriam relinquamus.

¶Explicit liber septimus.

¶Incipit liber octauus.



Postoloʀũ successionibꝰ intra vij. libʀos a nobis cõclusis in hoc octauo volumine dignũ credidi etiã ea q̃ nostris tpibꝰ gesta sũt posterioʀũ memoʀie derelinquere: ⁊ hinc iaʒ nobis sermo sumat exoʀdium.

¶Cap. j. q̃ iusto dei iudicio dira i xp̃ianos ꝑsecutio sub diocletiano oʀta est.



Tenim ante nostri tpis ꝑsecutionem q̃ntũ mirabilir q̃q̃ magnifice ꝑ vniuersum mũdum sermo xp̃i ⁊ pietatis doctrina ꝓfecerit: ⁊ inquantum sublimitatis ascẽderit: enarrare vires nostras superat. Nasci tamen et ex hoc possibile est q̃ aliquanti ex pʀincipibus romanis: ⁊ facultatem reddẽdi ꝓuincias: iurisq̃ dicendi nostris pʀebebãt. Et coniugibus ac ministrĩs atq̃ vniuerse domui sue nõ solũ credere in dominũ nr̃ʒ iesum chʀistũ: verum ⁊ cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebãt: ita vt illos sibi fideles ac familiares ducerent de q̃bus certi erant q̃ ꝓ fide xp̃i nihil perfidum saperẽt. Sicut fuit opinatissimꝰ ille doʀotheus in cubiculo regũ: qui pʀopter fidem domini fidelissimus in omnibus habebatur. Unde ⁊ cunctis ꝑferri ⁊ honoʀe meruit: ⁊ amoʀe. Cuʒ quo ⁊ Goʀgonius ceteriq̃ cum ipsis in dño fideles: vel qui intra palatiũ in summis honoʀibꝰ erãt vel qui ad ꝓuincias gubernandas pʀeferri ceteris fidei contẽplatione merebantur. Iam vero multitudines coeuntium intra ecclesias populoʀũ: ⁊ pʀecipue in diebꝰ festis innumerabiles cateruas ꝑ loca singula confluentes: quis digne poterit explicare

morati martyris supplicijs liberi⁹ causa retur educi ipse iubetur in mediū atq; immolare cōpellit abnuens imperatur appendi ⁊ flagris toto corpe laniari videlicet: vt dolorꝰ necessitate faceret qđ pciebat inuit⁹. At ille cū maneret imobilis visceribus iā pene nudatis iubetur aceto ⁊ sale pfundi. Cūq; etiā hoc tormēti genus cōstāter ac fortiter tollerasset craticula p unis substracta pponi iubetur in medio ibiq; qđ reliquū fuerat in verberib⁹ assumpti corpis supponi ⁊ nō ad subitū sed sensim paulatimq; succendi quo scȝ pena ptelaret in longū. Cūq; ministri scelerꝫ in hūc modū corpus mō inde versantes p mēbra singula penas inciperēt ⁊ supplicia renouaret sperātes se ab eo elicere posse cōsensum ille firm⁹ in fide ⁊ ouās in spe cōsumptis iā ⁊ igni resolutis carnib⁹ suis vltimū spm̄ in fide letus exaltat. Tali petr⁹ (hoc enī ei nomē est) martyrio decoratus vere petri extitit ⁊ fidei heres ⁊ nois. ¶ Huius institutor in disciplina ⁊ magister in officijs q̄ intra palatiū exhibebant doro-theus erat cubiculi regis prepositꝰ habens secū officio fide ⁊ magnanimitate patrē gorgoniū. Quorꝫ institutionibus obtimis oēs pene cubiculi ministri in fide dei vigilāter ⁊ libere persistebant. Dorotheus igit ⁊ gorgonius cū petrū tā crudelib⁹ viderent atq; i manib⁹ supplicijs cruciari constanter et libere cur (aiunt) Jmpator penis in petro mentis sniam q̄ in nobis oibus viget. Ut qđ in illo crimē ducit qđ a nobis oibus cōfitetur. Hec nobis fides hic cultus ⁊ vnanimus eadēq; snia. Quos ille cū in medio nihilomin⁹ venire iussisset filibus pene vt priores supplicijs affectos ad vltimū laqueo appēsos necari iussit. Tūc ⁊ anthimus ipsius vrbis eps i dñi nostri iesu xpi cōfessione pdurās martyrij gliaȝ capitis oi truncatiōe suscepit. Hunc aūt tanq; vere bonū pastorem viā martyrij precuntē vniuersa pene gregis sui multitudo psequitur. Accidit nāq; apud nicomediā i ipsis dieb⁹ partē aliquā palatij incendio cōflagrare. Hoc iperator a nris factū falsa suspitione psumpsit. Ex quo inestimabili furore succensus iubet oēs nr̄os aceruatī collectos alios quidē gladio obtrūcari alios ignib⁹ cōflagrari. Sȝ in illis per diuinā gratiam maior fide ignis ardebat. Deniq; cū assistentes ministri interrogarēt singulos si qui forte sacrificaturi vellent dimitti tā viri q̄ mulieres ne interrogari quidē se patiebant: sȝ vltro vel flammis irruere: vel cedentib⁹ gladijs certatim obiectare ceruices. Cūq; iā illis ipsis spectatorib⁹ nimietas crudelitatis horresceret ministri scelerū partē ppli nauiculis iniectā in mediū pelagi abducāt. Ibiq; in snia fidei persistentes pcipitāt in psundū. ¶ In tm̄ vero apud eos rabies crudelitatis exarsit: vt regios pueros martyres effectos cū scōm humanitatis ordine fuissent sepulture mandati effoderent denuo ⁊ corpa eorꝫ pijcerent in mare. Hoc dicētes: ne forte dij efficiāt xp̄ia norꝫ. Et illi q̄ deos adorare nolūt suos nostros incipiāt adorare. Putant enim q̄ diuinus apud nos honor martyrib⁹ deferatur.

¶ Cap. vij. de psecutione diocletiani apud meleten syriā ⁊ tyrum.



Um hec apđ Nicomediaȝ gererent vbi cruentus ⁊ ferox autor ipe crudelitatis piorum carnibus inhiabat haud segnius esset apud Meleten prouinciam.

A ¶ Syriāq; oēs ecclīarū principes carcerib⁹ retrudi ⁊ i vincula cōuinci edictis pncipalib⁹ vrgebant. Simulq; cuȝ his ex plebe viri ac mulieres nobilesq; ⁊ ignobiles rapiebāt ⁊ fiebat vbiq; spectaculū miserabile ac fedū. Subito nāq; inueniebat in vrbe silentiū in carceribus cōstipatio in vrbe p plateas hō nullus in carcerib⁹ vacuus loc⁹ nullus: vt nō tā rei ad ergastulū duci q̄ ciuitas tota migrasse videret ad carcerē. Catene q̄ homicidis adulteris venenarijs ⁊ sepulchrorꝫ violatorib⁹ fuerāt fabricate nūc eporum ⁊ pbyterorꝫ dyaconorūq; atq; oim religiosorꝫ hoim colla cōstringunt: ita vt criminosis nec vincula supessent nec loc⁹ ergastuli resideret. Uerū cū peruenisset ad principē estuare carce


res: et per innocentium penas locum de esse criminosis: noua rursum decreta mittuntur: ut ex his que conclusi erant si quis imolare vellet qlibet abscederet. Qui vero abnueret diuersis penarum generibus interiret. Tunc iam quante per singulas prouincias multitudines martyrum et precipue in affrice ac mauritanie thebaidia quoque atque egypti regionibus extiterint numero comprehendere quis valeat.

B ¶ Sed illorum ne quidem quorum agone apud Palestinam vel Tyrum (que est vrbs maxima fenicis) presentes inspeximus: dignum est memorare sufficimus. Tanta etenim ab eis virtute perseuerantie aduersum illata supplicia pro pietate certum est: vt nisi quis prius domino: et saluatori nostro credat dicenti quia ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: et eius virtutem martyribus sciat esse presentem rebus gestis deroget fidem. At nos vt dixi non audita: sed oculis nostris inspecta narramus. Exquirebant diuersa tormentorum genera sibi inuicem succedentia. Flagris primo per omne corpus dei martyres carpebantur. Post hec trahebant ad bestias. Adhibebantur leones vrsi Pardi atque omne ferarum genus. Apri quoque: sed et tauri. Quibus fero et igni ferias addebant. Preparabant hec omnia aduersum cultores dei et omnis contra eos hominum bestiarumque elementorum crudelitas armabat. Ad hec dei cultores denudati statuunt in medio arene loco. Additur adhuc arte intra caueas bestijs furor. Et ita seuiores semetipsis effecte prorumpunt claustris. Replent subito stadium circundant ecclesiam martyrum in medio sitam. Circueunt sepius et oblustrant et diuine virtutis adesse eis custodiam sentientes procul ab eorum corporibus abscedunt. Sed ilico furor qui reprimebatur in beluis transit in homines. Nemo presentem dei virtutem nemo diuinum pijs adesse sentit auxilium. Sed mittunt quibus hoc artis est instigare bestias aduersum eos diuina dextera descendebat Uerum ille vt ostenderet omnibus non feritatem deesse bestijs: sed diuinam dei cultoribus adesse custodiam illos ipsos qui ad instigandum mittunt incredibili velocitate discerpunt. Et cum iam nullus ex huiusmodi artificibus auderet accedere iubent ipsi sancti martyres commotis manibus et velut prouocantibus incitare aduersum se bestias. Sed ne sic quidem pati aliquid poterant. Uerum et si forte aliqua fuisset ex beluis concitata cum venisset ad proximum protinus in semetipsam conuersam repedabat. Tunc vero stupor ingens et pauor omnes qui in spectaculis considebant inuaserat videntes homines nudos in quibus plurimi prime adhuc etatis in medio tot ac tantarum positos ferarum intrepidos omnes et ipauidos extensis ad celum pasmis et oculis ac mente totos cum deo non solum nihil curare terrena verum ne carnem quidem suam magni pendere et ipsis iudicibus pauore trementibus reos leto et hylari vultu in medio persistere bestiarum. Sed o dure et impie mortalium mentes. Bestiarum feritas dei virtute mansuefecit: humana vero rabies nec ferarum mitescit exemplis. Sed tentatur adhuc ab omnibus deus. Jubentur alij vere criminosi bestijs subigi qui tum ilico vt apparuerunt: alius a leone alius pardo abursis alius exesus: aut a tauro in aera dispersus est. Et ita intra momentum tempo ris pereunt. Sed nec siquidem incitate bestie cultoribus dei aliquid molestie generabant diuino spiritu eos velut muris validissimis ambiente. Ueras namque ille est qui dixerat vbi fuerit ex vobis duo vel tres congregati in nomine meo ibi ero in medio eorum. Cum igitur nec sic quidem aliquid egisset humana seuitia iubentur mutari fere et ablatis prioribus alie rursum dimitti. Que cum et ipse similiter vt priores nihil triste dei cultoribus intulissent amotis etiam his seuiores feris martyribus homines mittunt que soli possent immanitate beluas crudelitate feras atrocitate bestias superare. Gladijs igitur peragunt quod bestijs nequiuerunt. Et vt in omnibus se ostenderent beluis esse nequiores prohibebant et cadauera mandari terre sed iubebant fluctibus dari. Hec apud tyrum venerandi martyres que ad illam vrbem de egypti partibus venerant mirifica certamina desudarunt.

¶ Cap. viij. de eadem persecutione apud egyptum.


bus fuisset assumptū trahi nudum pedibus rursum iuberet ad carcerez atq̄ ibi neruo pedibus conclusis recentib⁹ adhuc terga vulnerib⁹ reijcerent i solū testar fragmētis subter stratū. Interea quā plurimi vsq̄ ad mortem cōstanter ⁊ fortiter pdurantes inuentoribus scelerū inaniter intentate crudelitatis pudorē non minimū conferebant. Alij vero recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones dispēsatores penarū sponte puocabant. Quos illi erubescentes rursum ad tormēta reuocare ipsa eorū audacia perterriti capite eos cedi iubebant. Isti sunt veri in deo philosophi beati martyris filee voces: quas in vinculis positus ⁊ in carcerem retrusus commisse sibi ecclesie scribebat quibus vna secū socios eos martyrum ⁊ cōsortes faceret celestiū coronarum.

¶ Cap. xi. de persecutione in xp̄ianos stupenda apud phrigiam.



Am vero illud quod apud frigiam gestum est q̄s audeat pterire: in q̄ ⁊ omnia humanitatis ⁊ ppria romāi regni iura violata sunt vbi vrbē quādā xp̄ianorū ciuiū in qua cum ⁊ populus ois ⁊ honorati viri ⁊ curator ac magistrat⁹ xp̄ianos se esse: nec acq̄escere ad sacrificandū faterent: circūdari militibus iubent cūctosq̄ simulq̄ cū mulieribus viros cū puulis senes cum ciuibus ciuitatē: iniecto igni cōcremari. ita vt null⁹ penitus ex illa vrbe etiā cuz optio volentibus daret abscederet. Et hoc in ciues perpetratum est: qd̄ in hostes egisse nota crudelitatis habuisset. Uerū beati huius numerosiq̄ martyrij pariter ab vniuersa vrbe suscepti auctor ⁊ dux erit vir pietate ⁊ religione atq̄ oi benignitate clar⁹ adoctus nomine patria ⁊ genere italus honorib⁹ palatij p gradus singulos vsq̄ ad officiorum magisteriuz perfunctus rationes quoq̄ p illud tp̄s summarum partiū amministrans qui in supradicta vrbe degebat. Cuius in confessione xp̄i cōstantiā ois populus secut⁹ boni ducis exemplo summa vere ptiā p martyriū consecutus est palmā. Sed vn sufficim⁹ ppria vnuscuiusq̄ martyris p singulos enumerare supplicia. Quis em̄ possit vt illa repetere q̄b⁹ apd arabiā sancti martyres securib⁹ cesi sunt: aut q̄uo q̄s repeterat q̄ in capadocia gesta sunt vbi crura frāgi dei cultorib⁹ iubebant. Quis mesopotamie referat: cruciat⁹ vbi xp̄ianos sui tergoris more singulis manib⁹ pedibusq̄ suspensos amarissimo fumo subter ingesto indignis cruciatib⁹ enecabāt. Alios vero lento igni ppe adhibito tormētis lōgioribus absumebant.

¶ Cap. xij. de persecutione diocletiani apud alexandriā ⁊ nimia quattuor christianorum virginum pudicitia.



Lla autē q̄uo replicē q̄ apud alexandriā gesta etiam veterum poetar fabulas vincūt vbi obtrūcatis aurib⁹ atq̄ in honesto vulnere naribus manū quoq̄ ceterorūq̄ mēbrorū summitatibus amputatis truncū sinebant abire derisum. Apud anthiochiā vero q̄uo recordabor craticulas primis impositas quib⁹ christiani suppositi torrebantur. Sed inter hec nobiliū duorum iuuenum factū memorabile silere equum nō puto. Qui cū cōphensi simulachris immorare cogerent aiūt: Ducite nos ad aras. Et cū fuissent adducti manus suas ardenti igni supponentes si subtraxerimus inquiunt sacrificasse nos credite: ⁊ q̄adusq̄ caro omnis in ignē deflueret immobilr pdurarūt. Alij cū ad sacrificādū quererentur sacrilegā pollutionem vitātes vitā pcipitio finierūt minore q̄dē tolerātie fiducia: s3 ɔseruādē fidei maiore cautela.

B ¶ In q̄bus amirabilis q̄dam ⁊ veneranda femina pulchritudine pariter ⁊ pudicitia formosa genere nobilis ⁊ copiosa facultatibus. Cui erant due filie virgines honeste satis ⁊ materne pudicitie regula nutrite specie simul ⁊ moribus emula sibi pbitate certātes. Quas religiosa mater secundum p̄ceptum diuinū in timore dn̄i educauerat. S3 pro his q̄ supra diximus vel nature vt insti

tutionum bonis prauorum hominum multa erga virgines earũq matrẽ contentio exagitabatur et summo studio summaque vi perquirebant. Cumque declinandi turbinis gratia sui absentiã procurassent agitur omni intentione vt earum presentia fieret. Missi in hoc ipsum milites repertas eas venire Antiochiã cogũt. Sed cum perurgentibus militibus vehiculo imposite iter agerẽt: talibus religiosa et pudica mater ad filias vtitur verbis Scitis dulcissime mihi filie quomodo vos in disciplina dei adulaueritis scitis quod paruulis deus vobis pater deus nutritor: de cuius instituto extiterit. Et quod pudicitie et castitatis bonũ ita mecũ pariter dilexistis vt ne oculus quidẽ vester vnquam sicut vobis conscia sum lasciuiore fuerit maculatus aspectu. Quid igitur nũc agimus videtis quod ista oĩs vis aut a deo nos studet aut a pudicitia separare. Prostituẽtur ergo publicis lupanaribus membra que aer pene ipse publicus habuit incognita. Ne queso filie quia nec tam parua nobis in deo fides est vt mortem pertimescamus: nec tam despecta pudicitia vt viuere etiã cũ turpitudine cupiamus. Qui potius si placet quod in domibus tenetis etiã in hoc sequimini matris exemplũ. Preueniamus impuras carnificũ manus et impudicorum precipitamus in cursus mundumque hunc qui nos ad impuram et impudicam compellit ac pertrahit vitam pura et pudica morte damnemus. Cumque talibus exortationibus filias ad simile propositum videret accẽsas: ad fluuium quẽdam in itinere positum venerũt. Ubi cũ se humane necessitatis cã descẽdisse simulassent et paululũ custodes cogẽte naturali fuerẽtia recessissent, adductis diligẽter hincinde vestibus minacis se fluuij rapidis iniecerũt. Sed et alie due virgines per oĩa insignes sorores germane nobiles vita mirabiles prime adhuc etatis specie pulchre satis sed aĩa pulchriores ornate moribus magis quam omnibus studijs apprime probabiles nõ ferẽtes violari publicis edictis a legibus castitatẽ marinis se fluctibus demersere.

¶ Cap. xiij. de inhumana diocletiani persecutione apud pontum.



Nec apud antiochiam. In regionibus vero ponti crudeliora gerebant harundines acute quibusdam subunguibus digitorũ infigebantur. Alij plumbũ igni liquefactum et dorso diffusum vsque ad loca pudenda: quibus naturalis egestio procurari solet infundebant. Feminis quoque eris candentis fustes absque vllo humanitatis miserationibusque respectu ingerebant per pudenda viscerum et naturaliũ secreta mẽbrorum. Sed quid factam quod appellationes ipse mihi in admissis facinoribus desunt. et gestorum scelerũ nec vocabula quibus enumerari quãnt inueniri possunt. Sustinebant tamen omnia fortissimi et piissimi martyres cum optimi et preclari iudices in eo solo sapiẽtiã suã oĩbus futurã in ammiratione censerent si aliquid noue crudelitatis suppliciũ nouique generis inuenissent. Sed cũ aliquãdiu iã non ratiõe aut humanitate crudelitatis tamen nimietate faciati respicere ad inanitatẽ sceleris sui cepissent desolatas vrbes ciuibus et optimis rura nudata cultoribus orbatos filijs patres et parentes liberis ad clementiam se humanitatẽque conuertunt edictumque principale proponunt quoniam fas non esset tot ciues in quibus fidei sue esset obstinata persuasio morti tradere placere de reliquo: vt hoc genus hominũ nequaquam quidem subiret interitum. Omnes tamẽ qui hanc spem confessionis tenerant dextris oculis ferro effossis eisdẽque cautere adustis sinistro etiam poplite nihilominus cautere debilitato per singulas quasque prouincias in eis ferrique metalla vel opis vel pene gratia deportandos. Hec fuit clemẽtia principalis qua optimis ciuibus cõsultum est. Sed illi quidẽ suis vt videbatur vel moribus vel vitijs agebant iustis vero et sanctis viris corone virtutis et patientie parabant domino et saluatore nostro per hec vel explorante fidem credentium sibi vel merita remunerante. Sed sicut oẽs per singulos enumerare non solũ difficile. sed et impossibile est quod tunc in passionibus carnis sue deo gratiam

si quidē p̄sens esset is de quo sermo est sufficeret solo sermone discutere q̄ minus recte dicta videbant̄: dū interrogatione precedente responsio subsequēs in concordiam quod contrariū τ discrepans videbatur, adduceret. Ubi ꝟo scripta edita sunt: τ vt videbatur, quibusdā satis suasoria: τ vbi doctores ꝓcedunt qui legem: τ ꝓphetas pro nihilo ducāt euangelia nō sequantur apostoloꝝ scripta despiciant. Nos autē solos libros atqꝫ istā doctrinā velut magnum aliqđ et occultum mysteriū venerant̄ ac simplices quoqꝫ fratrum nostroꝝ doceāt nihil excelsum nihil manificum sentire de aduētu τ p̄sentia dei τ saluatoris nostri iesu christi neqꝫ de resurrectionis gloria τ nostre congregationis in idipsum ac similitudinis repromisse sed ꝑua quedā τ semꝑ mortalia τ nō alia q̄ sunt ea que nunc videmus sperari suadēt in regno dei. Necessarium videt̄ ad hec oīa respondere fratri nostro nepoti Et post aliquanta rursum subiūgitur hec Et enī cū in arsenoite essemus vbi multo iam tempore voluebatur ista doctrina ita vt scismata inter fratres τ discordie fierent conuocati presbyteros τ doctores q̄ erant in ecclesijs τ publice cepi habere tractatū. Simul τ cohortatus sum fratres vt si q̄d eos moueret obicerent nihil verentes. Tū mihi illi vt scutū validissimū τ murū inexpugnabilem codicem ne potis obijciunt. Suscepi patienter. τ tribus continuis diebus residens a prima luce vsqꝫ ad vesperam cum ipsis singula eius scripta cepi discutere τ vnūquodqꝫ quid in se absurdi haberet ostendere. Et vere satis admiratus sum patientiam τ cōstātiam atqꝫ intelligentiam fratrum quia consequenter τ per ordinem de singulis questionibus proponebant validissime his que a nobis respondebantur occurrentes. Post hec cum quid esset in vero patuisset accommodabant nihilominꝰ absqꝫ contentione consensum iudicantes hoc ꝙ non continuo qui semel alio visum fuerit omni id studio siue contētione seruandū est sed esse rectius tūc mutare sententiam cum eam melior et rectior superauerit. Patefactis τ enim codicibus suis deo audiebant verbū cuius probatio non ex humana persuasione neqꝫ ex eloquentie fuco sed ex diuinarum scripturarum assertione veniebat. Et ita euidens fuit assertionis nostre probatio: vt his qui inter eos maximus doctor τ vite meritꝫ prestātior habebatur. Coracion nomine surgens in medio cunctis audientibus, proclamaret τ protestaretur neminem debere vltra eius doctrine facere mentionē. Sufficere ꝙ erratum est de cetero non solū nihil horum tenendum vel sequendum sed ne comedendum quidem de talibus. Siquidem tam euidens τ manifesta contra hec de scripturis diuinis patuisset assertio. Omnes vero reliqui fratres gaudio τ letitia repleti corda pro emendatione sui inexplebiles domino gratias referebant.

Capitulum. xxij. apocalipsim qs scripserit a plerisqꝫ dubitatū est. B



Post aliquāta veroveniēs ad apocalipsiꝫ Joannis hec de ea scribit. Nō nulli ex p̄decessoribꝰ nostris penitus libellum hunc refutandū a canone scripturarum atqꝫ abijciendum putarunt singula queqꝫ eius capitula arguentes. Et dixerunt pretitulationem libri non esse veram sed aliene scripture Joannis tamen nomen impositum. Unde neqꝫ Joannis hunc esse librum nec reuelationem videri posse: que crasso quodaꝫ velamine ignorantie contegat̄. Addiderunt etiam hec ꝙ nihil dignum in ea grauitate apostolica censeatur sed nec alicuius quidem ecclesiasticorum saltem virorum scripturam esse dixerunt. Sed cherintuꝫ quendaꝫ auctorem cherinthiane hereseos volentem dogmatis sui fideꝫ apostolici nominis opinione firmare libellos a se conscripto Joannis ꝑtulisse. Deniqꝫ inquiunt cherinthi dogmata hec continent in terris

Dyo-nisi⁹

futurum esse regnum xpi. Et qm̄ ipse carnis & libidinis amicissimus dicebat ea in repromissionibus futuri regni san ctis prebenda censebat que sui animi li bido dictabat: vētris & voluptatis ope ra mensura ciborum sacietatem & abun dantiam poculorum nuptias; et cetera que horum consequentiam seruant. Et reparari rursum sperat festiuitates et sacrificia iudaica victimasq legales. Ego vero quantū ad meam sententiā ptinet spernere aut abijcere scripturā libri huius nullatenus audeo maxime cū multi ex fratribus ita mecū sentiāt sed hec magis dēico iudice q excedant atq emineāt que in eo scripta sunt hūa ne auditionis modum et sit in eo arca nus quidam et reconditus atq admirā dus omnibus sensus. Quē & ego animi ror ac veneror: etiam si non intelligo. Et ita sentio q diuina aliqua sacramen ta sermonibus contegantur hūanis nō tam iudicio meo discernens q̄ fide cre dens. Et ideo non reprobo que non in telligo: sed tantomagis admiror quāto minus assequor: post hec vero totius li belli differens corpus et singula queq discutiens atq euidēter ostendens nul lo modo fieri posse vt secundum literā dignus in eo intellectus appeat. Addit etiam hec dicens. Consummata igitur omni prophetia beatos dicit propheta eos qui hec custodiunt. Sed & semetip sum beatū dixit. Ait enim beatus qui seruat verbum prophetie huius libri. Et ego iohānes qui video & audio hec. Uocari ergo eum iohannem et esse hāc scripturā iohannis non nego. Sancti namq alicuius est et sine vlla dubita tione per dei spiritum scripta etiam si non sit ille apostolus filius zebedei io hannes frater iacobi cuius euāgelium secundum iohannem scriptum est & epi stola catholica. Utitur dionysius pluri ma assertione diuinitus quidem inspi ratam reuelationem non esse dubitan dum et Johannis esse. Non tamen sibi liquido videri q illius sit iohannis qui euangelium scripsit quia ille nusq no minis sui fecerit mentionē ac sese signa uerit nominatim. Hic autem qui apo calipsim scripsit tertio mentionē ferme nominis sui facit. Sed & ex ipso scripti re stilo discretionē faciens dicit potuis se fieri in illis temporibus fuisse & aliū aliquem Johannem vnum ex sanctis cui hec reuelauit deus.

A ¶ Multa vero & alia instructiōis ec clesiastice monimēta nobis in libris di gesta beatus Dionysius dereliqt. Quo rum lectio magnopere ab studiosis q̄ busq expetenda sit Sed iam ad hysto rie ordinem reuertamur Sixto roma ne ecclesie per annos .xi. sacerdotio pro curator succedit dionysius & Demetria no apud anthiochiam defuncto Pau lus de Samosate sacerdotium suscepit Qui paulus abiecta satis & indigna de christo sentiens traditionem doctrine ecclesiastice corrumpebat dicens eum communis nature hominem tm̄ fuisse.

¶ Capitulum .xxiij. de concilio epi scoporū apud anthiochiam aduer sus paulum Samosatenum.



Uncdiony sius de alexandria roga tus venire ad concilium & senectutis impedimen to & incommoditate cor poris inhibetur. Per epistolam tamen presentem se reddidit et quid fidei ac venerationis erga christum teneret ex posuit. Ceteri vero ecclesiarum pasto res diuersisse locis & vrbibus velut ad uersum latronem quendam christi gre gibus insidiantem conueniunt Antio chiam. In quibus insignes & ceteris p̄ cellentes erant. Firmilianus a cesarea cappadocie Gregori9 & Antonodorus fratres prouīcie sacerdotes: Helenus Sardēsis ecclesie episcopus: & Nico mas ab iconio. Et hierosolymorum p̄ cipu9 sacerdos hymene9 & vicine huic vrbi cesaree teotignus Sed & maxim9 Bostrensis ep̄s dignus eorum consor tio coherebat. Multi vero & alij quos longū est enumerare per singulos Sed et presbyteri q̄ plurimi & diaconi ad su pradictam vrbem causā compescendi immodelendi noui huius dogmatis cō uenerunt. Hi ergo omnes sepi9 in vnū

coeuntes paulumque Samosatenum sta tuentes in medio atque eius heresim quam ille nunc occultare nunc etiam dissimu lare conabatur frequenti tractatu et as siduis disputationibus denudantes ar guere blasphemie et publicare niteban tur. Nec tamen vno id aut secundo tm consilio ad finem perducere potuerunt Sed et conuentum sepe est et absque ope re precio discessum.

¶ Capitulum. xxiiij. de quodam gre gorio viro sancto et eius mirabili bus gestis.



Erum quo niam beati gregorij hystorie textus attu lit mentionem dignis simum puto tanti viri gesta que sub orienta li et septētrionis axe cunctorum sermone celebrantur omissa nescio quo casu huic narrationi ad me moriam posteritatis inserere. Stagnū quoddam erat in ponti regionibus sitū piscibus copiosum ex quorum captura prediuites redditus dominis prestabā tur. Ista possessio duobus fratribus sor te hereditatis obuenerat. Sed pecunie cupiditas que pene omnium corda mor talium supperat etiam fraternā necessi tudinem violauit et cōueniebatur a fra tribus tempore captionis non tam ad capiendos pisces: quam ad homines deci piendos cedes ac bella mouebātur hu manus sanguis pro piscibus fundebat. Sed dei prouidentia affuit aliquādo au xilium aduentusque Gregorij. Uidet plia et mortes virorum furētesque germanos qd cause existeret pro qua in exitium sui suo rumque fratres accenderentur inquirit nullam nisi capture piscium comperit. Tum ille cum pro honore aduentus sui vtreque partes paululum siluissent nolite inquit o filioli rationabiles ani mas pro multis animantibus viola re fraternam pacem questus cupidita te dissoluere dei leges et nature pariter iura temerare et vna mecum ad orām stagni exitialis accedite. Ego iam vos per virtutem domini omni certamine cruente contentionis absoluam. Et cū hec dixisset in conspectu omnium vir gam quam tenebat in manu ad pri mas littoris vndas defigit. Et ipse po sitis genibus palmas tendit ad celū at que his verbis excelso supplicat deo. Tu deus patrū nostrorum qui cum tibi primus homō Adam peccasset et mandatū tuū pre teriisset penā culpe illius moderatus ad terram maledictionis sniam detorsisti dicēs maledicta terra in operibus tuis et nunc ergo miseratus horū iuuenū fra ternū sanguinem qui periclitantur pre cipue vt maledicte sint aque isteque in ope ribus istorum pro quibus furore suc censi fraterne pietatis obliti sunt ita vt nunquam in hoc loco vel piscis ap pareat vel aqua resideat. Sed sit cam pus aratri patiens ac frugum ferax: et custos in eternum fraterne concordie perseueret. Simul vt ille orandi finem fecit statim se vnda subducens et cur su velociore fugiens a conspectu su perno iussa discedere abyssis suis red dit et arantem campū germanis iam cō cordibus dereliquit. Sed et in hodier num frugum ferax esse dicitur solum qd ante fuerat nautum ferax. ¶ Numera tur etiam aliud illustrius ab eo et diuini tus gestum. In quodam loco ruris au gusti: cum res poposceret ecclesiam construi rupes quedam vicini mon tis ex parte orientis obiecta: ex alia vero preterfluens fluuius spaciū quan tum ecclesie sufficeret denegabat. Et cum alius omnino non esset locus om nesque mesticiam agerēt quod solū ad cōstruē dam ecclesiam nō haberent: ille fide ple nus pernoctasse in oratione dicitur et do minum Jesum promissionis sue admo nuisse fideliter qua dixit si habueritis fidē sicut granū sinapis dicetis monti huic tolle te et mitte te in mare et fiet vti que Cumque hec fide plena ac deuotiōe de posceret ad lucē coeuntibus populis in uenta est rupis importuna secessisse tā tum quantū spacij ad condendam que rebatur ecclesia.



Radunt ei⁹ et alia q̃plurima. Sed ne in lōgū videamur trahere sermonē iter missis ceteris vnū adhuc d̄ ei⁹ gestꝫ aditiā. Inter ei⁹ fuisse quondā p alpes d̄ rhyenis tēpore. Et cū puenisset ad summū alpium iugū niuibus repleta erāt oīa nullum vsq̄ diuersoriū Fanum ibi tantum apollonis erat. Cui succedens transacta nocte discessit Sacerdos vero erat quidam Fani eius cui consulere simulachrum Apollonis mos erat ⁊ reddere responsa poscētib⁹ ex quo ei etiam alimonie questus esse videbatur. Igitur post digressum Gregorij offerre cōsulta ⁊ responsa poscere sacerdos accessit ex more nihil inde responsum veniebat. Repetit victimas silentium permanet. Iterū atq̄ iterum litatur surdis ingerit fabulam. Cumq̄ stupore noui licentij estuaret sacerdos noctu ei assistens demoniū dicit in somnis. Quid me illic inuocas quo iam venire non possum. Perco intanti causaz aduentu se Gregorij dicebat expulsum Quid nunc remedij daretur cum pquireret ait. Nō aliter sibi licere ingredi locum nisi Gregorius permisisset. Quib⁹ auditis: sacerdos occupat viam: multa apud semetipsum voluens atq̄ animo recursante pertractās peruenit ad Gregorium ad ortusq̄ eum rem pandit ex ordine humanitatis sue atq̄ hospitalitatis admonet querelam depulsi numinis promit adeptam facultatē sui questus deplorat ac reddi sibi oīa in pristinum statum deposcit. At ille nihil moratus scribit epistolā in hec verba. Gregorius appollini Permutto tibi redire ad locum tuum ⁊ agere que consueuisti. Hanc epistolam sacerdos accipit ⁊ ad fanum defert. Positaq̄ ea iuxta simulachrum affuit demon ⁊ dedit responsa poscenti Tum ille in semetipsum cōuersus ait. Si gregorius iussit ⁊ deus iste discessit nec potuit redire nisi iuss⁹ ⁊ rursus iubente gregorio restitutus est quomodo in multo melior isto gregorius cuius hic obtemperat iussis. Clausis igitur ianuuis fani descendit ad gregorium epistolam secum quam acceperat referens omnemq̄ apud eum rei geste ordinem pandens. Simulq̄ se ad pedes eius prosternens rogat vt illi se deo offerat cuius virtute dijs gentium gregorius imperabat. Cumq̄ enixius ⁊ pertinacius insisteret cathecuminus ab eo factus est. Et cū se vite castissime et abstinentissime derelictis omnibus non solum erroribus demonum sed et seculi actibus mancipasset: etiam baptisma consecutus est Et intantum vite merito ac fidei virtute profecit, vt ipse beato gregorio in episcopatu successor extiterit. Sed in ingenij sui nobis in paruo maxima monimenta dereliquit. In ecclesiastem namq̄ metafrasim idem gregorius magnificentissime scripsit Et catholice fidei expositionez breuiter editam dereliquit: quam pro edificatione ecclesiarum sociare his cōmodum duxi Gregorij martyris et episcopi neocesarie fides Unus deus pater verbi viuentis sapientie subsistentis: et virtutis sue et figure perfectus. Perfecti genitor pater filij vnigeniti. Unus deus solus ex solo deo: figura et ymago deitatis. verbum perpetrans sapientia comprehendens omnia ⁊ virtus qua tota creatura fieri potuit. Fili⁹ ver⁹ veri et inuisibilis ex inuisibili ⁊ incorruptibilis ex incorruptibili et immortalis ex immortali ⁊ sempitern⁹ ex sempiterno. Unus spiritussanctus ex deo substantiam habens: et qui per filium apparuit ymago filij perfecti. Perfecta viuentium causa: sanctitas sanctificationis prestratrix. Per quem deus super omnia et in omnibus cognoscitur ⁊ filius per omnes. Trinitas perfecta maiestate et sempiternitate et regno minime diuiditur neq̄ abalienatur neq̄ factum quid aut seruiensin trinitate neq̄ superinductum tanq̄ ante hac quidem non subsistens postea vero superingressum. Neq̄ itaq̄ defuit vnq̄ filius patri neq̄ filio spiritussanct⁹. sꝫ incōuertabilis ⁊ inmutabilis cadē trinitas sp. Sed de gregorio satꝫ dictū

est nunc ad hystoriam redeamus.

¶ Cap. xxv. de paulo samosateno heretico eius intollerabili superbia eius excommunicatione ab episcopatu depositione et eiectione.

Interea dyonisius apud alexandriã quieuit in pace duodecimo anno imperij galieni decẽ et septem annis functus sacerdotio. Succedit vero ei maxim⁹. Igitur Galienus cum p annos. xv. Romanũ gubernasset imperiũ. Claudio regni successore defũctus est. Qui duobus solis annis in imperio transactis, aureliano rerũ apicem dereliquit. Huius tpibus vltimum apð antiochiã epozum conciliũ congregat. In quo Paulus arguitur manifesteq; conuincitur hereticus: ꝛ damnatur ab omnibus que sub celo sunt ecclesijs xpi insistente plurimũ ꝛ disceptationib⁹ validissimis perurgẽte. Alchione presbytero antiochene ecclesie viro fidelissimo ꝛ omnib⁹ virtutibus adornato: cui accedebat etiam hoc ꝙ erat disertissimus et potens in verbo atq; in omni eruditione perfectus. Deniq; oratoriã in eadem ipsa vrbe docuerat. Huic igitur ab omni episcoporum concilio permittitur disputatio cum paulo excipiẽtib⁹ notarijs que ita magnifice ab eo ꝛ accurate habita est: vt scripta ederẽtur et nunc quoq; in ammiratione sit omnibus. Solus etenim potuit dissimulantem ꝛ occultantem se paulum confessionibus proprijs publicare. Quibus ita gestis communi consilio vniuersi pariter sacerdotes scribunt epistolam ad psonam dionisij episcopi vrbis Rome et maximi alexandrie episcopi que p omnes mitteretur ecclesias per quam cũctis ꝛ suam diligentiam comprobarent et pauli heresim confutatam esse atq; deiectam in vniuersorum noticiam peruulgarẽt. Simul etiam que cum eo questiones habite sint indicant. Sed ꝛ vitã ipsius intemperatam pariter moresq; describunt. Ex quibus pauca aliqua inserere huic operi nostro dignum iudicauim⁹. Dyonisio ꝛ maximo: ꝛ omnib⁹ qui per vniuersum orbem sunt sacerdotibus et coepiscopis cum vna presbyteris ꝛ dyaconibus atq; omni ecclesie catholice que sub celo est Henus: et Hymeneus. Theophilus theotignus maximus, proculus nicomas helian⁹ paulus bolasus protegenes lerax euticius theodorus malcion lucius presbyteri: ꝛ ceteri omnes qui nobiscum congregati sunt ex vicinis vrbibus: et gentibus episcopi et presbyteri ꝛ diaconi dilectissimis fratribus in domino salutem. Et post pauca addiderunt mittentes hãc epistolam. Deprecamur omnes vt si q forte tali doctrina infecti sunt curãtur a vobis sicut et beate memorie vir dionysius Alexandrinus ꝛ firmilianus ex Capodocia iam prius scripserant ad antiochie plebem dedignantes immo potius declinantes ad personam ipsi⁹ scribere qui erat auctor erroris. Ipse autẽ beate memorie firmilianus cum adhuc superesset. Secũdo affuit ꝛ presens eum arguit ac notauit: sicut omnes nouim⁹ et testamur qui simul cum illo veneramus. Sed repromittente eo corrigere errorem credidit. sperans posse fieri vt absq; religionis nostre opprobrio ꝛ dissensionum nota res veniret in melius Et ideo dissimulauerat cum tamẽ paulus dolo differret: ꝛ hominem quidem falleret deum autem negaret ac fidem: in qua renatus fuerat violaret. Deniq; et nũc beatus firmilianus veniebat antiochiam: ꝛ cũ tarsum vsq; peruenisset ꝛ nos omnes antiochie positi aduentum illius operiremur: nunciatus est nobis excessisse de mundo.

B ¶ Post aliquanta vero describẽtes ei⁹ vitam moresq; adijciunt et hec. Postea vero ꝙ a doctrine regula ac alienas se dogmata ꝛ adulterina conuertit: non opus est enumerare act⁹ eius priores; quomodo cum prius egẽs fuerit: ꝛ pauperrimus: neq; ex parentum successiõe neq; vllam questus occasionem habuerit honestam nunc ad summas diuitias peruenerit: non aliunde nisi ex sacrilegijs. Et ex his que per fraudẽ diripuit concutiens fratres vendens patrocinia et fidem negociorum susceptorum nec

accepta mercede custodiens. existimãs secundum quod scriptum est questum esse pietatem. Superbiam vero eius quis ferre posset. cum se magis ducenarium quam episcopũ videri vellet. Nã et incedens per plateam tali quadam ambitione vtebatur: publice epistolas relegens atq; in auditu omnium ⁊ oculis dictans assistentibus sibi in platea notarij. Directio quoq; pretereuntium et constipatio insequentium quamplurima querebatur: ita vt omnes qui videbant horrescerent ⁊ detestarent per illius arrogantiam religionem diuinã. Hec in publico. Intra ecclesiam vero tribunal sibi multo altius q̃ fuerat extrui: ⁊ thronum in excelsioribus collocari iubet. Secretarium quoq; sterni ⁊ parari sicut iudicibus seculi solet. Verbũ vero faciens ad plebem iactare supra modum dexteram ac palmam femori illidere: pede quoq; subsaltare ac ferire scabellum cum sonitu. Ab auditoribus vero non fauorem neq; plausum sperare solum: sed theatrali more oraria moueri sibi expetebat: ⁊ voces tanq̃ de caueis dari. Hec non solum a viris. Sed etiam a mulieribus indecenter expetebantur. Si quis vero auditorum honestius et verecundius agens a clamore nimio temperasset: velut iniuriã faciẽs patiebatur iniuriam. Sed et antiquis et defunctis iam tractatoribus insultabat: ⁊ illis derogans suas laudes in verecunde impudenterq; iactabat: recto rem se magis q̃ ecclesie doctorem laudari cupiebat. Psalmos vero qui in dominũ nostrum iesum christũ dicebantur cessare fecit: velut Neotericos ⁊ nuper inuentos. In semetipsum vero cõpositos diebus pasche in medio ecclesie canere mulieres maxime quas ipse prius ad cauendum pro more instituerat faciebat. Ita vt horresceret si quis audiret. Nam cũ ipse filium dei negaret descendisse de celo. Sed a maria cepisse ⁊ initiũ habuisse de terra psalmi qui in ipsum dicebantur: ⁊ quib⁹ in populo laudabatur angelũ eum dicebãt descendisse de celis. Et hec ipse assistẽs ⁊ audiens non solum dici non prohibebat: sed elato supercilio delectabat audire. De mulieribus vero que cum ipso simul manebant quas syncunctas antiocheni appellant quid opus est dici. Ex quarum societate ⁊ conturbernio vt sibi nulla questio moueretur etiam p̃sbyteris ⁊ dyaconis suis his duntaxat qui ei morem gerebant habitandi mulieres secum similem licentiam dedit. Sed ⁊ congregandi diuitias. tribuit facultatem. quo ipsi in similibus obnoxij magistro nequaq̃ crimen impingerẽt. Nos autem idcirco hec scribimus fratres charissimi: quia nouimus q sacrosanctũ debeat esse episcopale sacerdotium quod et clero ⁊ plebei esse debeat exemplo. Neq; enim ignoramus quosdam dum incautius sibi ad cohabitandum iungunt mulierculas cecidisse. Quod etiam si non fiat certe in suspitionem venire de talibus sacerdoti grauissimum est. Quomodo autem vetare poterit eos qui infirmiores sunt a mulierum consorcio: quibus ex his que gerit auctoritatem prebet. Tantus vero ac tam immitis suis fuit in potentatu ⁊ ita specie quadam tyrannidis elat⁹ est. vt ne arguendum quidem quisquã vel accusandum auderet accedere. Sed et que diximus condemnari possent etiã in eo qui fidem catholicam seruat: ⁊ in ecclesiastici dogmatis veritate perdurat. Hic vero qui abiurato fidei misterio ad pollutissimam se arcem ⁊ heresiũ contulit (necessarium enim fuit etiam partem erroris ipsius designari) quomodo habendus vel quomodo execrãdus est.

¶ Et post multa in fine epistole addunt etiam hec. Igitur necessarium visum est hunc resistentem deo: neq; acquiescentem vere fidei adijciet abiurari. Alium vero pro ipso ecclesie catholice constitui episcopum per dei gratiã prouisum filium beate memorie demetriani: qui huic ipsi ecclesie inculpabiliter prefuit. Domnum nomine virũ omnibus bonis ornatum. Indicauim⁹ autem vobis de eo vt sciatis ad ipsũ vos scribere debere: ⁊ ab ipso communionis scriptam suscipere. Hic autem qui indi

gn⁹ habit⁹ est esse i ecclia catholica: anathema scribatur: et illi⁹ hereseos sectatores excommunicentur. Domno igitur in episcopatum subrogato. Paulus a sacerdotio abscisus et communione cum de domo ecclesie nollet exire interpellat⁹ imperator aurelian⁹ religiose satis de hoc sancteq; decernit his precipiēs ecclesie domum tradi quib⁹ italie sacerdotes et romanus episcopus scriberent. Et iteruz predictus paulus ad cetera mala etiaz hoc decoris acquisiuit: vt manu publica de ecclesia pelleretur. Et tunc quidez talis erga nos existebat aurelianus. Processu vero temporis immutare propositi sui bonum cepit ꝛ malis cōsilijs deprauatus persecutionem erga dei ecclesias meditari eo vsq; vt dicatur q̄ dictat; iam litteris ꝛ scriptis cuz super esset sola subscriptio diuina de xtera interueniens subscriptionem nefande dextere deturbauerit: morte etenim subita condemnatur: qui de piorum morte censebat: vt ostenderet deus quia non cum voluerit tyrann⁹ cruciamur: sed cum probauerit ipse corripimur. Igitur sex annis aurelianus cum gubernass; principatum. Probus post hūc suscepit. Cui tantundem temporis explesset imperium. Charus vna cum filijs carino et numeri anno succedit. A quibus tribus annis nec pleni⁹ Romano regno administrato. Diocletianus suscepit principatum. His vero maximas in nostros persecutiones et ecclesiarū subuersiones molitus est.

Huic quasi sile͡m habeť in hystoria trip. libro. vij. c. xxvi. a. in fine.

¶ Capm. xxvj. de mane a quo manicheorum heresis oritur.

Sed paulo antequ; hic imperiuz sumeret in vrbe Roma defuncto dionysio: post nouem annos sacerdotij felix suscepit sedem. ¶ Quo tempore manes quidam secundum nomen suuz insanies ꝛ instinctu demonis agitatus inuisam et execrabilem omnibus heresiz docet. Hic autem manes gente perses vita ꝛ moribus barbarus fuit: taz acer ingenio vt insanire vel demone adimpleri videretur. Denicq; vt rei exit⁹ docet christi se nunc gerere formam conabatur ostendere nunc ipsum se esse paraclytum predicabat elatus insania ad similitudinem christi duodecim discipulos eligens ad predicandum mittebat dogmata stulta ꝛ impia a diuersis hereticis qui iam prius extincti fuerāt mutuata disseminans et nostro orbi. Persica venena propinans. Ex hoc ergo Manicheorum heresis vsq; in hodiernum diffunditur: eo tempore exorta quo Felix in vrbe roma ecclesie preerat. Qui per quinq; annos administrato sacerdotio euticiano sedem reliquit. His decem mensibus solis transactis gaio episcopatuz tradidit. Qui nostris iam temporibus quindecim annis sacerdotio perfunctus Marcellinum successorem reliquit. Quem iam persecutionis tempus inuenit.

¶ Capitulum vigesimumseptimum. de anatholeo viro eruditissimo eiusq; subtili industria qua Alexandriam ciuitatem fame pariter absoluit et bello: et quid ipse de pascha senserit.



Atempestate apd̄ anthiochiam sacerdotiuz post denuz susceperat Timeus. Post timeū vero Cirillus. Cirillo autez successit Dorotheus: qui ad nostram: vsq; memoriam perdurauerit: vir eruditissimus et in scripturis diuinis satis intentus: quipp multa diligētia: etiam hebream linguā didicerat. Greca autem eruditione liberali a puero fuerat institutus. Is cum

chus a natiuitate fuit. Ex quo etiã imperator in admiratione eũ numerat: et honorem ei contulerat purpure p̄te posituram. Huius etiam nos cum in ecclesia scripturas exponeret: auditores in pueritia fuimus. Post hunc autẽ tyrannus apud antiochiam sacerdotiũ suscepit. Sub quo ecclesiarum persecutio increuit apud Laoditium post Socratem. Eusebius: Alexandrinus genere episcopus fuit. Qui in causa Pauli Samosateni ad partes syrie cum venisset q̄d esset in scripturis diuinis eruditus a fratribus studiosis velut thesaurus quidam repertus: vltra nusq̃ abire pmissus est: sicut Dionysi⁹ in epistolis suis scribit. Huic quoq̃ anatholius successor: vt aiunt bonus boni extitit. Qui et ipse genere Alexandrinus erat eruditione vero liberalium litterarum ⁊ i philosophicis a puero apprime eruditus. Ita vt apud Alexandriam dialecticam docere ab omnibus eruditis viris ⁊ philosophicis cogeretur. Hunc etiam belli tempore quod inter ciues exortum est apud Alexandriam ferunt multa bona ciuibus in consilijs prouisionibus prestitisse. Ex quibus vnum tantum modo factum breuitatis causa memorabo. Frumentum aiunt cum deesset obsessis: et fames grauius q̃ hostis vrgeret: tertia pars cum due se inuicem impugnarent erant populi separata: que quasi fidem romanis seruabat. In qua parte tunc etiam supradictus Anatholius erat absq̃ impugnatione. Hic ad magistrum militie refert. eumq̃ de famis necessitate que obsessis acciderat edocet ⁊ impetratam gratiam ciuibus defert: eamq̃ hoc modo distribuit. Primum quidẽ vtrasq̃ partes inter se dissidentes alloquitur: ac romanis redire in gratiam suadet. Sed cum reluctantes videret: hoc saltem inquit credo vos libenter accipere vt omnem nostrorum manum imbellẽ qui belli quidem nobis nequaq̃: sibi tamen necessario particeps est: exire portas sinatis. Consilium ab vtraq̃ parte gratanter acceptum est. Decernunt imbellum manum egredi castris debere. Data occasione omnes pene quos media consumebat pariter cum imbellibus erumpunt. Precipue nostris quibus bellum gerere contra proposituz erat. quos omnes Anatholius suscipiens parentis simul ac medici souebat affectu: et ita multitudini per cibum salutem propere contulit. Reliquis vero qui pauci remanserant formidinem belli et desiderium pacis incussit: ita misericordi prudentiq̃ consilio vrbem maximam fame pariter absoluit et bello.

B ¶ Hunc ergo secundum de Alexandria: de munere Laodicenorum ciuitas accepit episcopum: post transactum quod supra memorauimus bellum. Multa quoq̃ opuscula supradicti anatholij magnifice composita ad nos vsq̃ venerunt.

¶ Ex quibus mihi dignum videtur de pascha quid senserit: ipsius verbis proferre. Est ergo inquit in primo anno initium primi mensis quod est decimum ⁊ octo annorum circuli principium. Secundum egyptios quidem mensis Famenoth vicesima sexta die secundum Macedonis distrimensis vicesima secunda: secundum vero Romanos vndecimo kalendas aprilis. in qua die inuenitur sol non solum conscendisse primã partem. verumetiam quartam iam in ea die habere: id est in prima ex duodecim partibus. Hec autez particula prima ex duodeciz vernale est equinoctiũ. Et ipsa est initium mensium: ⁊ caput circuli: ⁊ absolutio cursus stellaruz que planete id est vage dicuntur: ac finis duodecime particule et totius circuli terminus. Et ideo non parum derelinquere: dicimus eos qui ante initium hoc noui anni: pascha putant esse celebrandum. Sed nec a nobis primis exordium sumit hec ratio. Antiquis iudeis fuisse comprobata demonstratur: et ante aduentum christi obseruata sicut euidenter edocet Philo. et Josephus. ¶ Sed et horum antiquiores Agathobolus ⁊ ab eo eruditus Aristobol⁹ ex Paneada: qui vnus ex illis. septuagesimis seniorib⁹. fuit: q̃ missi fue-

rant a pontificibus ad ptolomeum regem hebreorum libros interpretari in grecum sermonem: Qui et multa ex traditionibus moysi: pponenti regi persice xantiqz responderant. Ipse ergo cum questiones exordiri exponeret dixerunt pascha non prius esse immolandum q̄ equinoctium vernale transiret Aristobolus vero etiam hec addit: in die pasche non solum obseruandū esse: vt sol equinoctium vernale transcendat: verum et luna. Cum enim duo sint equinoctia inquit veris et autunni equis spacijs directa et quartadecima die mensis primi fit statuta solēnitas post vesperam quando luna soli opposita e regione deprehenditur sicut etiam oculis probari licet. Inuenitur vtiqz vernalis equinocij partem sol obtinens: luna vero econtrario autūnalis. Legi et in eorum libris alia multa de his validissimis assertionibus exposita: que euidēter ostendant pasche solēnitatem omni genere post equinoctium celebrandam. Multa et alia preterea non solum religiosis viris: sed et philosophis ammiranda scripta anatholius dereliquit: q̄bus salutaris eius eruditio scire volentibus innotescat. Huic primus theotegnus sacerdotium Cesaree tenens in episcopatum manus imposuit et viuens ipse sibi eum successorem sue cathedre statuit. Unde et aliquanto tempore pariter cum ipso Theotegno cesariensi ecclesie prefuit.

¶ Capitulum. xxviij. de nobilibus in ecclesia viris quorum aliquanti vsqz ad scriptoris memoriam perdurarunt.



Ed cum ad uersum paulum Samosatenum Anthiochiam conueniretur ad concilium: pretergredientem anatholium defuncto eusebio Laodicensis ecclesia vi sibi vindicauit episcopum. Post quem vltimus vsqz ad persecutionis tēpus apud laodiciam Stephanus ecclesiam gubernauit. Et ipse eruditiōe et eloquētia prioribus non inferior: sed fidei virtute longe dissimilis: sicut persecutionis ignis probauit. Nihil enim philosophie in necessitate tentationis ostendit: sed non continuo in illius infirmitate: dei paupertas ostenditur. Post huius namqz casum puidit deus ecclesie illi epm theodotum nomine. virum non solum verbis: sed rebus et virtutibus ornatū. Hic arte quidem medicus fuit: sed ad animarum a domino translatus est medicinam. Uere incomparabilis qui super omnes pene homines: fide misericordia studio vigilantia atqz omnibus optimis institutionibus claruit: in scripturis quoqz diuinis laborem quamplurimū gessisti interea apud cesercam palestine Theotigno cū episcopatū solertissimo pegisse: Agapius succedit. Qui et ipse multo labore multaqz diligētia in gubernatione ppli adhibita et pcipue erga indigentes paterna prouidentia ferebatur. A quo et vir per omnia prudentissimus vita eruditione moribus adornatus Pamphilus ecclesie ipsius presbyter subrogatur. Sed iste pāphilus quis ve sit et quantus et vnde oriūdus qm̄ nō erat dignum breuiter transcurrere: omnē eius vitam institutionē qz a puero: et quanta in psecutionibus p diuersas confessiones pertulerit: quot qz agones desudauerit: et qualiter sup omnia coronā martyrij adeptus sit: proprio id opusculo cōprehendimus. De hoc ergo q̄ mirabilis fuerit: illa lectio doceat. Sed et alios quam plurimos per illud tempus admirabiles: in p̄sbyteris viros nostri iam memoria tenet Ut apud alexādriam Hieriū Meletiū vero apud Pontum: qui eps postmodū factus est. Sed hiericus quidem acer ingenio in diuinis scripturis nobiliter eruditus: vita purissimus: atqz ad xpianam philosophiam nudus. Et penitus expeditus doctor ecclesie incomparabilis priuatim et publice mirabiliter disputans. Meletus vero tante fuit suauitatis in moribus et tante dulcedinis: vt M el

vt Wel attitur a sodalibus vocaretur. In omni eruditione perfectus in Rethoricis talis erat: vt alijs studijs nunq̄ vacasse puteretur in cūctis vero philosophie generibus: que in quinq̄ diuidunt disciplinas: ita erat per singulas consummatus vt cum in vnaquaq̄ quis experiri voluissent: in hac eum sola a puero habuisse exercitium iudicaret. Cūq̄ esset eruditionum prerogatiua magnificus: virtus tamen animi et vite sinceritas longe in eo magnificentior habebatur. Quem nobis persecutionis tempore in fuga ꝓpositū apud palestinā: diligentius ⁊ plenus agnoscere licuit. Igit̄ Hierosolymis post hymeneū de quo pauloante mēorauimꝰ zapdas sacerdotiū suscepit. Quod paruo tēpore ammiinistratū hermoni post se tradidit. Hic vsq̄ ad nostri temporis persecutionem: apticā inibi quā susceperat cathedrā conseruauit apud alexandriam vero maximo qui successerat Dionysio: cum decem et octo annis sacerdotiū transegisset Theonas successit cuius tempore Achillas eiusdē ecclesie presbyter: ecclesiastice schole magisterium tenuit eruditione fide cōuersatione ⁊ moribus in signis. Theonas vero cum decem et nouem annis sacerdotiū inculpabiliter ministrasset: sedē tradidit Petro viro inter ꝑcipuos egregio. Hic duodecim annos in episcopatu illius vrbis exegit. Quorum tres ante persecutionem reliquos vero nouē: diuersis in tentationum generibus duxit. Cūq̄ semper in omni agone persecutionum positus: artiorib' se vinculis continentie distringeret: ⁊ ad vtilitatē atq̄ instructionem ecclesie in verbo dei nobiliter insisteret: satisq̄ vigilanter erga omnem sacerdotij curā diebus sudaret ac noctibus: nono persecutionis anno episcopatus vero sui duodecimo martyrij coronam capitis obtruncatione promeruit. Huiusq̄ successiones episcoporum gestaq̄ diuersa a domini et saluatoris nostri natiuitate vsq̄ ad tempus persecutionis in qua ecclesie quoq̄ destructe sunt: hystorie mandauimus. De reliquo vero agones martyrium quos ipsi per nosmetipsos vidimus describentes: posteris ad memoriam relinquamus.

¶ Explicit liber septimus.

¶ Incipit liber octauus.



Postolorū successionibꝰ intra vij. lib: os a nobis cōclusis in hoc octauo volumine dignū credidi etiā ea q̄ nostris tpibꝰ gesta sūt posteriorū memorie derelinquere: ⁊ hinc iā nobis sermo sumat exordium.

¶ Cap. j. q̄ iusto dei iudicio dira i xp̄ianos ꝑsecutio sub diocletiano orta est.



Tenim ante nostri tpis ꝑsecutionem q̄ mirabilit̄ q̄q̄ magnifice p vniuersum mūdum sermo xp̄i ⁊ pietatis doctrina ꝑfecerit: ⁊ inquantum sublimitatis ascēderit: enarrare vires nostras superat. Nasci tamen et ex hoc possibile est q̄ aliquanti ex principibus romanis: ⁊ facultatem reddēdi ꝓuincias: iurisq̄ dicendi nostris prebebāt. Et coniugibus ac ministrꝭ atq̄ vniuerse domui sue nō solū credere in dominū nr̄ꝫ iesum chr̄m: verum ⁊ cum omni fiducia ac libertate in fide agere sinebāt: ita vt illos sibi fideles ac familiares ducerent de q̄bus certi erant q̄ ꝓ fide xp̄i nihil perfidum saperēt. Sicut fuit opinatissimꝰ ille dorotheus in cubiculo regū: qui propter fidem domini fidelissimus in omnibus habebatur. Unde ⁊ cunctis ꝑferri ⁊ honore meruit: ⁊ amore. Cuꝫ quo ⁊ Gorgonius ceteriq̄ cum ipsis in dn̄o fideles: vel qui intra palatiū in summis honoribꝰ erāt vel qui ad ꝓuincias gubernandas preferri ceteris fidei contēplatione merebantur. Iam vero multitudines coeuntium intra ecclesias populorū: ⁊ precipue in diebꝰ festis innumerabiles cateruas p loca singula confluentes: quis digne poterit explicare

cum ne ipsa quidē antiqua receptacula sufficerēt:sȝ quotidie orationū domus dilatarent̄:ita vt amplitudo earum cō cludere instar:vrbium videret̄. Sic per tempus plurimum ecclesiarum status incrementis ꝓsperioribus augebat̄:et gloria earum terris excedens ⁊ cuncta supeminens festinare videbat̄ ad celū. Nulla eīn occurrebat inuidia:nullus liuor neq̄ssimi demonis obuiabat:quo niamquidē celestis dextere fulciebat̄ auxilio ppl's etiā tū bñ de deo ꝓpetatȝ cultu ⁊ iusticie obseruatione ꝓmeritis.

B ¶ Uerū vbi ex multa libertate mul taq̄ indulgētia viciati sunt mores ⁊ di sciplina corrupta est:dūȝ alter alteri in uidemus:⁊ alter alteri derogamus:dū q̄ nos inuicem:mordemus ⁊ incusam⁹ ⁊ aduersum nosmetipsos intestina pre lia commouemus:dū verborūȝ iaculis proximorum corda terebramus: dum ꝑnceps cū ꝑncipibus populi cū pplis: seditiones certamina cōcitamus:dū si mulatio in vultu dolus ī corde fallacia profert̄ in verbis:⁊ maloꝝ per singla cu mulus intumescit:diuina prouidentia iacturam discipline:populo suo illataȝ ex plurima pace ⁊ nimia sui lenitate:ꝑ spiciens:aggreditur ꝑmo sensim refre nare lapsantes:⁊ innegro adhuc eccle sie statu congregationibusq̄ manenti bus indulget interim eos qui erant in militia tantū gētilium persecutiōe pul sari. Sed cum nullus ex hoc clementie eius intellect⁹ populis redderet̄:quin potius velut ignorātes deum:absq̄ di uina prouidentia res agi ducerent:⁊ ꝑ hoc eo magis ꝑsisterent in malis suis atq̄ ipsi q̄ duces populi videbantur et principes:diuini mandati immemores effecti:aduersum semuicē cōtentionib⁹ zelo:liuore:supbia:inimicitijs atq̄ odijs inflammarentur:ita vt tyrannidem po tiusq̄ sacerdotium tenere se crederent xpiane humilitatis ⁊ sinceritatis obli ti:sacra misteria prophanis mentibus celebrarent. Tunc demum ꝑm vocem hieremie prophete obscurauit dñs in ira filie syon:⁊ deiecit de celo glorā isrl' (nec rememoratus est scabellū pedum suoꝝ in die ire sue) Et sicut iteruȝ dicit. Submersit dñs oēȝ decorē israel:⁊ oēs macerias eius destruxit. Et rursum si cut dicit in psalmis. Destruxi testamē tū serui sui:polluit ī terra sanctificatio nē ei⁹ ꝑ ecclīaꝝ scȝ subuersionē. Et de struxit oēs macerias eius:posuit muni tiones ei⁹ timorē: diripuerūt populuȝ eius oēs q̄ transierunt ꝑ viam. pro qui bus cunctis opprobriū facti sumus vi cinis nostris. Exaltauit cum dexteram inimicoꝝ nostroꝝ ⁊ auertit adiutoriū gladij sui ⁊ non adiuuit nos in bello:sȝ ⁊ destruxit eū ab emūdatione:⁊ thronū ei⁹ elisit in terra paucos fecit dies no stros:⁊ super oīa effudit sup nos ꝯfusio nē. Sūma namq̄ maloꝝȝ nobis affuit oīm:tunc cuȝ domus orationis ⁊ ecclīe dei viui ad solum deducte sunt atq̄ ab ipsis subuerse sunt fundamētis. Diui ne ꝙo scripture in medio plateaꝝ igni cremate sunt. Pro nephas:ipsi hec no stris vidim⁹ oculis. Sacerdotes dñi ⁊ pastores ecclīarū publice denudatos: inuerecūde:⁊ ihoneste huc atq̄ illuc ab impijs trahi:ita vt cōpelleret̄ ille ꝑmo ꝓpheticus q̄ ait. Effusa est ꝯtumelia su per ꝑncipes ⁊ seduxit eos in inuio ⁊ nō in via. Sed nō est nostrum describere: quāta in sacerdotes dei iniuriaꝝ gene ra cellata sunt. Sicut ne illud quidē no strū duxim⁹ exponere singulatim quan ta prius inter nostros rabies dissentio nis exarserit. Hoc solū hystorie tradere licuit q̄ iusto dei iudicio ex necessaria correptione:diuinā sensimus manum. Neq̄ eīn refert in mediū ꝓferre:ꝑ qui bus vel turbo persecutionis inuect⁹ est vel quos q̄tosq̄ infidelitatis procella submerserit. Sed illa sola ꝯmemorabo q̄ vel nos ipsos dicētes:vel alios edifi cent audiētes. Propter q̄d hic iaȝ diui nos agones beatissimoꝝ martyrū bre uiter in q̄tum possum⁹ explicabimus.

¶ Capit. ij. de dirissimis diocletiani in rem christianam edictis.

Nonus decimus age bat ann⁹ im perij Diocletiani: mensis martius ⁊ dies solēnis pa sche Iminebat:cū edicta ꝑn cipis ꝑ oēm terrā ꝓponebant̄:vt cūcte

q̄ vsq3 sunt eccl'ie ad solū vsq3 destruerent. Scripture sacre igni exurerent. Si qs inter nr̄os alicuius honoris ꝓrogatiua muniret sublata hac maneret infamis. Si qs seruoꝝ ꝑmansisset xp̄ianus libertatem cōsequi nō posset. Hec omnia his que primo aduersuz nos lata sunt continebantur edictis.

¶ Capitulum. iij. de persecutione diocletiani in generali.

NOn multo post vero tpis addunt̄ ⁊ alia iubetur vt oēs qui p loca singula ecclesijs ꝑsunt primo qdē conijciant̄ in vincula. tuz deinde oībus supplicijs simulachris imolare cogant̄ Hinc ꝟo ingēs spectaculuz sacerdotes dei effecti sunt huic mūdo ⁊ angelis et hoīb⁹ cū ꝑsecutoꝝ crudelitate ad supplicia raperēt: ⁊ agones mirādos oīb⁹ desudarēt. Illos aūt q ⁊ multo plures fuerūt qs metus oppssit ⁊ añ ꝯgressionē solus terror exclusit ꝑterire meli⁹ puto Ceteri ꝟo quoꝝ mēs ꝓmptior ⁊ fides validior fuit tormēta patiebāt̄: flagris alij discerpebantur: alij vngulis fodiebant̄: alij ignitis laminis vrebant̄. Ex q̄bus nōnulli qdē fatigati cedebant: alij vsq3 ad finē patientiā ꝯseruabāt. Ex ipsis aūt ꝑsecutorib⁹ qdā tāq3 miseratione vsi adhibebant nonnullos nostroꝝ ad incesta sacrificassent conclamabant cū nō sacrificassent. De alijs vero cū ne appropriassent qdē idignis hostijs acclamabāt ipi q̄ iam imolassent ⁊ abscedebāt in eo tantū culpabiles q̄ crimē sibi obiectū cū silētio paterent̄. Alij semiuiui sublati tanq̄ mortui ꝓijciebātur. Alij pedib⁹ tracti inter eos q sacrificassent deputebant̄. Aliq sane clamabant ingenti voce: ⁊ testabant̄ se non sacrificasse: sed esse xp̄ianos tali se gaudētes ꝯfessione decorari. Nōnulli etiā maiore fiducia neq3 imolasse se neq3 vnq̄ immolaturos esse testabant̄. Quib⁹ tn̄ ab assistētib⁹ militib⁹ ora ꝯtinuo atq3 oculi ꝯtundebant̄ vt tacerēt violēterq3 expellebunt̄ tanq̄ acqeuissent. Tm̄ erat impijs studijs vt ꝓpositū suū viderent̄ implesse. Sed nō aduersuz btōs martyres impune hoc facere licebat quoꝝ patientie ⁊ magnanimitatis virtute q̄uis nullus digne ꝓferat sermo tamen pro mediocritate virium nostrarū que possumus enarrabimus.

¶ Cap. iiij. de eodem.

IGitur prīo oīm qm̄ sicut diximus ignis hui⁹ exordiū inter solos militares parua scintilla ꝯflauerat cū delegerent̄ si q̄ essent inter milites xp̄iani: vt aut imolandū sibi scirēt aut militiā pariter vitāq3 ponēdā plurimi ex ipis militiam ꝓ fide xp̄i pauci etiā alas posuere. Cum ꝟo inde flāma sumēs initiū tota per populos ⁊ sacerdotes exaggresset incēdia possibile nō est numero cōprehēdi quanti quotidie pene per singulas quasq3 vrbes ⁊ ꝓuincias martyres efficiebantur.

¶ Cap. v. de ꝑsecutiōe diocletiani apd̄ nicomediā ⁊ nobili vnius xp̄iani facto.

ET enim apud nicomediā: vir qdā de nobilibus honore ⁊ dignitate seculi illustrissimus simul vt vidit aduersum cultores dei in foro crudelia edicta pendere calore fidei nimio ignitus publice ꝑpl'o inspectante iniecta manu librū iniq legis detrahit ac minutatī discerpit. Augusto i eadē vrbe simul cū cesare ꝯstituto. Ad qs cū relatū esset religiosi ⁊ illustrꝭ viri factū ꝯtinuo oī in eū crudelitatꝭ gn̄e deseuiētes ne in hoc qdē solū efficere querunt vt eum mestum aliqs videret in penis sed leto atq3 hylari vultu cū iam viscera in supplicijs defecissent sp̄us tn̄ letabatur in vultu ex quo tortores sui grauius cruciabant̄ q̄ oia suppliciorum genera consumebant in eum quē ne tristē quidē ex his reddere poterant.

¶ Cap. vj. de petri dorothei: ⁊ gorgonij martyrijs ⁊ agonibus.

POst hunc ad vnū ex dorothei sodalibus q̄ i cubiculo regis erāt qs sp i affectu habiti fuerāt le beroꝝ intētionis transferēt insania.

A ¶ Eteīn cū de immēsis supra me

morati martyris supplicijs liberi⁹ causa retur educi ipse iubetur in mediũ atq; immolare cõpellit abnuens imperatur appendi & flagris toto corpe laniari videlicet: vt doloris necessitate faceret qđ pciebat inuit⁹. At ille cũ maneret imobilis visceribus iã pene nudatis iubetur aceto & sale pfundi. Cũq; etiã hoc tormẽti genus cõstãter ac fortiter tolerasset craticula prunis substracta ipponi iubetur in medio ibiq; qđ reliquũ fuerat in verberib⁹ assumpti corpis supponi & nõ ad subitũ sed sensim paulatimq; succendi quo scz pena ptelaret in longũ. Cũq; ministri scelez in hũc modũ corpus mõ inde versantes p mẽbra singula penas inciperẽt & supplicia renouaret sperãtes se ab eo elicere posse cõsensum ille firm⁹ in fide & ouãs in spe cõsumptis iã & igni resolutis carnib⁹ suis vltimũ spm in fide letus exaltat. Tali petr⁹ (hoc enim ei nomẽ est) martyrio decoratus vere petri extitit & fidei heres & nois. Huius institutor in disciplina & magister in officijs q̃ intra palatiũ exhibebant doxotheus erat cubiculi regis prepositi⁹ habens secũ officio fide & magnanimitate patrẽ gorgoniũ. Quoz institutionibus obtimis oẽs pene cubiculi ministri in fide dei vigilãter & libere persistebant. Dorotheus igit & gorgonius cũ petruz tã crudelib⁹ viderent atq; i manib⁹ supplicijs cruciari constanter et libere cur (aiunt) Impator penis in petro mentis sniam q̃ in nobis oibus viget. Ut qđ in illo crimẽ ducit qđ a nobis oibus cõfitetur. Hec nobis fides hic cultus & vnanimus eadẽq; snia. Quos ille cũ in medio nihilomin⁹ venire iussisset silibus pene vt priores supplicijs affectos ad vltimũ laqueo appẽsos necari iussit. Tũc & anthimus ipsius vrbis eps i dñi nostri iesu xpi cõfessione pdurãs martyrij gliaz capitis sui truncatiõe suscepit. Hunc aũt tanq; vere bonũ pastorem viã martyrij precuntẽ vniuersa pene gregis sui multitudo psequitur. Accidit nãq; apud nicomediã i ipsis dieb⁹ partẽ aliquã palatij incendio cõflagrare. Hoc ipator a nris factũ falsa suspitione psumpsit. Ex quo inestimabili furore succensus iubet oẽs nros aceruati collectos alios quidẽ gladio obtrũcari alios ignib⁹ cõflagrari. Sz in illis per diuinã gratiam maior fide ignis ardebat. Deniq; cũ assistentes ministri interrogarẽt singulos si qui forte sacrificaturi vellent dimitti tã viri q̃ mulieres ne interrogari quidẽ se patiebant: sz vltro vel flammis irruere: vel cedentib⁹ gladijs certatim obiectare ceruices. Cũq; iã illis ipsis spectatorib⁹ nimietas crudelitatis horresceret ministri scelerũ partẽ ppli nauiculis iniectã in mediũ pelagi abducãt. Ibiq; in snia fidei persistentes pcipitãt in pfundũ. In tm vero apud eos rabies crudelitatis exarsit: vt regios pueros martyres effectos cũ scdm humanitatis ordine fuissent sepulture mandati effoderent denuo & corpa eoz pijcerent in mare. Hoc dicẽtes: ne forte dij efficiãt xpianos. Et illi q̃ deos adorare nolũt suos nostros incipiãt adorare. Putant enim q; diuinus apud nos honor martyrib⁹ deferatur.

Cap. vij. de psecutione diocletiani apud meleten syriã & tyrum.



Um hec apd Nicomediaz gererent vbi cruentus & ferox autor ipe crudelitatis piorum carnibus inhiabat haud segnius esset apud Meleten prouinciam.

A Syriãq; oẽs ecclĩarũ principes carcerib⁹ retrudi & i vincula cõuinci edictis pncipalib⁹ vrgebant. Simulq; cuz his ex plebe viri ac mulieres nobilesq; & ignobiles rapiebãt & fiebat vbiq; spectaculũ miserabile ac fedũ. Subito nãq; inueniebat in vrbe silentiũ in carceribus cõstipatio in vrbe p plateas hõ nullus in carcerib⁹ vacuus loc⁹ nullus: vt nõ tã rei ad ergastulũ duci q̃ ciuitas tota migrasse videret ad carcerẽ. Catene q̃ homicidis adulteris venenarijs & sepulchroz violatorib⁹ fuerãt fabricate nũc epozum & pñbyteroz dyaconorũq; atq; oim religiosoz hoim colla cõstringunt: ita vt criminosis nec vincula superessent nec loc⁹ ergastuli resideret. Uerũ cũ peruenisset ad principẽ estuare carce

res: ⁊ p innocentium penas locũ de esse criminosis: noua rursum decreta mittũtur: vt ex his q̃ cõclusi erãt si quis imolare vellet qlibet abscederet. Qui vero abnueret diuersis penarũ generib⁹ interiret. Tũ iã quãte p singulas ꝓuincias multitudines martyrũ ⁊ pcipue in affrice ac mauritanie thebaidia quoq; atq; egypti regionib⁹ extiterint numero cõprehendere quis valeat.

B ¶ Sed illoꝝ ne q̃dẽ quoꝝ agone apud Palestinã vel Tyrũ (que est vrbs maxima fenicis) presentes inspeximus: dignũ est memorare sufficimus. Tãta etenim ab eis ꝟtute perseuerãtie aduersum illata supplicia ꝓpietare certũ est: vt nisi q̃s prius dño: ⁊ saluatori nostro credat diceti q: ecce ego vobiscum sum oibus diebus vsq; ad cõsummationem seculi: ⁊ eius ꝟtutẽ martyrib⁹ sciat esse presentẽ rebus gestis deroget fidẽ. At nos vt dixi nõ audita: sed oculis nostris inspecta narramus. Exquirebant diuersa tormẽtorũ genera sibi inuicem succedentia. Flagris primo per oẽ corp⁹ dei martyres carpebantur. Post hec trahebant ad bestias. Adhibebantur leones vrsi Pardi atq; omne feraꝝ gen⁹. Apri quoq;: sed ⁊ tauri. Quib⁹ fero ⁊ igni ferias addebat. Preparabãt hec oia aduersum cultores dei ⁊ ois cõtra eos hominũ bestiarũq; elementorũ crudelitas armabat. Ad hec dei cultores denudati statuunt in medio arene loco. Additur adhuc arte intra caueas bestijs furor. Et ita seuiores semetipsis effecte ꝓruũt claustris. Replent subito stadiũ circundant ecclesiã martyrũ in medio sitam. Circũeunt sepi⁹ ⁊ oblustrãt ⁊ diuine virtutis adesse eis custodiã sentiẽtes ꝓcul ab eoꝝ corpibus abscedunt. Sz ilico furor qui reprimebatur in beluis trãsit in hoies. Nemo presentẽ dei virtutẽ nemo diuinũ pũs adesse sentit auxilium. Sed mittunt quib⁹ hoc artis est instigare bestias aduersum eos diuina dextera descendebat Uerũ ille vt ostenderet oib⁹ nõ feritatẽ deesse bestijs: sed diuinã dei cultoribus adesse custodiaz illos ipsos qui ad instigandũ mittunt incredibili velocitate discerpunt. Et cũ iam nullus ex huiusmodi artificib⁹ auderet accedere iubent ipsi sancti martyres cõmotis manibus et velut prouocãtibus incitare aduersuz se bestias. Sed ne sic quidẽ pati aliquid poterant. Uerum et si forte aliqua fuisset ex beluis cõcitata cuz venisset ad proximũ protinus in semetipsam conuersam repedabat. Tunc vero stupor ingens et pauor oẽs qui in spectaculis considebãt inuaserat videntes homines nudos in quibus plurimi prime adhuc etatis in medio tot ac tantarum positos ferarum intrepidos omnes ⁊ ipauidos extẽsis ad celũ palmis ⁊ oculis ac mente totos cum deo non solum nihil curare terrena verum ne carnem quidẽ suã magni pendere et ipsis iudicibus pauore trementibus reos leto ⁊ hylari vultu in medio persistere bestiarũ. Sz o dure et impie mortaliũ mẽtes. Bestiarũ feritas dei virtute mãsuescit: humana vero rabies nec ferarũ mitescit exẽplis. Sed tentatur adhuc ab omnib⁹ deus. Jubentur aliq̃ vere criminosi bestijs subigi qui tũ ilico vt apparuerunt: alius a leone alius pardo abursis alius exesus: aut a tauro in aera dispersus est. Et ita intra momentuz tẽporis pereũt. Sed nec siquidẽ incitate bestie cultoribus dei aliqd molestie generabãt diuino spiritu eos velut murs validissimis ambiente. Ueras nãq; ille est qui dixerat vbi fuerit ex vobis duo vel tres cõgregati in noie meo ibi ero in medio eorum. Cũ igit nec sic quidẽ aliquid egisset humana seuitia iubẽtur mutari fere ⁊ ablatis prioribus alie rursum dimitti. Que cũ ⁊ ipse similiter vt priores nihil triste dei cultorib⁹ intulissent amotis etiã his seuiores feris martyrib⁹ homines mittũt q̃ soli possent immanitate beluas crudelitate feras atrocitate bestias supare. Gladijs igit peragunt qs bestijs nequiuerũt. Et vt in oib⁹ se ostẽderẽt beluis esse neqores ꝓhibebãt ẽt cadauera mãdari terre sz iubebãt fluctibus dari. Hec apd tyrũ venerãdi martyres q̃ ad illã vrbẽ de egypti partib⁹ venerãt mirifica certamina desudarunt.

¶ Cap. viij. de eadem persecutione apud egyptum.


In sua vero prouincia apud egyptum innumerabiles alij nõ inferiori gloria tã viri femine sʒ ⁊ pueri ⁊ senes ꝑ fide dñi nři iesu xp̃i ꝑsentem vitã paruipẽdẽtes future glie beatitudinẽ quesiuere. Quidã ex ipsis verbera post vngulas post flagella aliosq diuersi generis horribiles cruciat⁹ flãmis traditi sunt. Alij in mare ꝓcipitati. Nonnulli etiã capite cesi. ita vt sponte ceruices suas securibus darent. Nõnulli in edia cõsumpti. Alij patibulis affixi. In quib⁹ q̃dã more ꝑuerso capite deorsuʒ presso pedib⁹ in sublimib⁹ sublatis.

¶ Cap. ix. de incredibili persecutiõe apud thebaidam et pulchra fortiq xpianorum confessionem.


Apud thebaidã vero oẽm narrationẽ superat agitata crudelitas ꝑ vngulis testas ficuliũ vasculoꝝ adhibebãt tortores qb⁹ omne corpus eo vsq lacerabãt donec totam carnis eraderẽt cutẽ. Mulieres q̃ʒ nudas (ita vt ne pudẽda quidẽ cõtegerent) arte quadã cõpositis machinis vno pede in excelsuʒ suspẽsas ⁊ capite in terrã demersas indignissimo spectaculo expositas pẽdere ꝑ diẽ cõtinuo sinebãt. Alias sicubi vicine sibi due arbores inueniebant vi quadã ab vtraq inflexis cõtra se inuiceʒ ramis eisq singulis singulos pedes martyr̃ʒ obligãtes subito ramos quos vi inflexerãt relaxabãt. Qui cũ ad sitũ suũ naturali ipetu referent discerptis dissecatisq visceribus auulsa secũ mẽbra rapiebãt. Et hoc nõ paucis aliq̃bus aut quotidie q̃n nimiũ decẽ iterdũ ⁊ centũ in vna die viri vel mulieres sed ⁊ paruuli supradictis penaꝝ generibus trucidabant. Uerũ ⁊ nos ipsi ꝑ ideʒ tp̃s cũ in egypti partib⁹ iter agerem⁹ oculis nr̃is inspexim⁹ vt sedẽti ꝓ tribunali bus seuissimo presidi offerebant innumeri fideliũ populi. Quos ille singulos ꝑ ordinẽ cõfessos se xp̃ianos capite plecti iubebat. Cũq ij certatim se ⁊ sponte gladio subicerent cõfessione ꝓmissa ille inhumanus ⁊ crudus nec multitudinis cõtemplatiõe nec virtutis eoꝝ magnanimitate ꝑ mot⁹ duci nihilomin⁹ oẽs ⁊ cedi capite iubet. Egrediunt cuncti pariter ad ꝯtiguũ menib⁹ campũ nõ carnificũ nexib⁹ tracti sʒ fidei vinculis colligati. Nemo defuit cũ nemo seruaretur sponte oẽs imo ⁊ alter alterũ preueniẽtes ceruices cedentibus obiectabant. Defecerũt carnificũ manus ⁊ succedentes sibi inuicẽ fatigati sunt. Hebetata est acies gladij. Uidebã fessos residere carnifices vires resumere alios reparare mutare gladios. Diẽ quoq ipsum nõ sufficere ad penã. Null⁹ tñ ex oibus nec paruulus quidẽ infans deterreri potuit a morte. Sed hoc soluʒ singuli pauescebant ne forte dum properũ sol vergens claudere diẽ separatis a cõsortio martyrum remanerẽt. Sic cõfidẽtia fidei constanter ⁊ fortiter cũ leticia ⁊ exultatiõe mortẽ presentẽ velut eterne vite principia rapiebant. Deniq cũ priores quiq iugularent reliqui nõ desidie aut torpori animos indulgebãt sed psallentes: et hymnos deo canentes locum quisq sui martyrij expectabat, vt hec agẽtes etiã extremos spũs i dei laudib⁹ exhalarẽt.

¶ Cap. x. de filea martyre eruditiõe ⁊ script̃ʒ ei⁹ simul ⁊ de florini romanorum ducis passione.


Uere mirabilis ⁊ omni veneratiõe dign⁹ grex ille beatoꝝ: turma viroꝝ fortium: corona splẽdoris glorie xp̃i.

¶ Hãc sane coronã preciosior omni omni lapide ⁊ gemma nobilior Fileas adornabat. Hãc turmaʒ precibat doctor illustrior. Huc gregẽ pastor nobilior decorabat. Huius filee martyris passionẽ apud gregoriũ hystorijs egregie ꝯscriptũ recognoui atq mirabiliter eũ apud impios de diuina religiõe nimiũ disputasse vt ⁊ neceʒ Socratis phi quã apud athenas pro veritate tulerit in testimoniũ illis ꝓtulisset. Fileas huic nomẽ est qui erat eps vrbis ipsius q̃ appellat thimuis. Hic nobilitatẽ ꝓmi generis secũdum animi virtutẽ de celestibus trahe-

bat. De terrenis vero quātū ad seculuȝ
pertinet. p̄mis in romana republica
fuerat honorib⁹ functus. Eruditiōe qȝ
libaraliū litterarum ⁊ oibus q̄ ad animi
ꝟtutē ꝑtinēt exercitijs apprime erudit⁹
nouissimā hāc que prior est oim ſm dn̄i
p̄hiam ita suscepit vt oēs q̄ precesserant
ante iret. Cumqȝ plurimos ꝓpinquos ⁊
cōsanguineos nobiles viros in eadē vr-
be haberet frequēter ad p̄sidē ducebat.
Eiusqȝ monitis acq̄escere tot ⁊ tātis ꝓ-
pinquis exorantibus respectuȝ habere
vxoris ⁊ cōtemplationē suadebat susci-
pere liberoꝝ neqȝ cepta presumptione
ꝑsistere. Ille velut si saxo imobili vnda
allideret garriētium dicta respuere ani
mū ad celū tendere deū in oculis habe-
re parētes ⁊ ꝓpinquos sctōs martyres
⁊ ap̄los ducere. Aderat tunc quidaȝ vir
agēs turmaȝ militū romanoꝝ filorom⁹
noie. Qui cū videret fileā lachrymis ꝓ-
pinquoꝝ circūdatū ⁊ p̄sidis caliditate
fatigari: nec t̄n flecti: aut infringi vllate
nus posse exclamat. Quid inanitei ⁊ su-
perfluo cōstātiā viri temptatis: q̄d eū q̄
fideȝ deo seruat infidelē vultis efficere.
Quid eīn cogitis negare deuȝ vt hoib⁹
acquiescat. Non videtis ꝙ aures eius
vestra ꝟba nō audiūt ꝙ oculi eius vr̄as
lachrymas non vident qūo potest ter-
renis lachrymis flecti cuius oculi cele-
stē gloriā ꝯtuent. Post hec dicta cūctoꝝ
ira in filoromū ꝯuersa vnā eādēqȝ eū cū
filea subire sn̄iam poscunt: quib⁹ libēter
annuēs iudex vtrūqȝ plecti capite iubet.


B ¶ Uerū q̄m filee fecim⁹ mētioneȝ
⁊ ingenij atqȝ eruditionis ei⁹ studiū p̄di
cauimus nō videt̄ absurdū si aliqua ex
opusculis eius in quib⁹ de martyrum
passionib⁹ memorat hystorie huic q̄ ad
rem veȝ ꝑtinent inseram⁹. Scribēs igit̄
ad thinnitas idem fileas post aliquāta
hec refert. Hoꝝ vero nobis bonoꝝ exē-
pla p̄buerūt beati martyres q̄ vna no-
biscū in agonib⁹ perdurātes scōm ꝙ ex
diuinis scripturis fuerant instituti ocu-
lū mentis sue in deo habentes defixum
mortē pro pietate absqȝ trepidatiōe ca-
piebāt. Indesinenter et eīn cōsiderabāt
dn̄m nr̄m iesum xp̄m ꝓpter nos hoiem
factū hoc nos docuisse vt vsqȝ ad mortē
obluctemur aduersum pct̄m. Siquideȝ
ipse nō rapinas arbitrat⁹ sit esse se equa
lē deo: sȝ semetipsum exinaniuit formā
serui accipiēs ⁊ habitu repertus: vt hō:
humiliauit semetip̄m vsqȝ ad mortem:
mortē aūt crucis. Cui⁹ exēplum secuti
beati martyres oēs cruciat⁹ ⁊ penas su
sciperūt: ne fidei sue conscientiā macula-
rēt: q̄m quidem perfecta in eis charitas
foras eijciebat timorē. Quorū si velim
nunc tollerantie enumerare virtutes et
exponere robur constantie: nec mihi co-
pia tanta sermonis est nec puto alijs ni
si his solis qui oculis suis intuebātur q̄
gesta sunt videri credibilia. Erant eniȝ
expositi oibus volentibus pro libidine
inferre supplicia: ⁊ si quod aliquis per
ocium excogitās nouū genus supplicij
detulisset licebat inferre. Uerberabant
ergo alij fustib⁹ alij ꝟgis flagris qȝ alij.
nōnulli loris districti vel funib⁹ appēsi.
Et erat studiū p̱ singulos pene nouū ge
nus inuenire supplicij. Post tergum alij
vinctis manibus appendebant: ⁊ Tro-
cleis distenti membratim diuellabant.
Iam vero vngulis exarari vetus ⁊ leue
ducebat. Qd̄ et si forte genus supplicij
cuiqȝ fuisset adhibitū nō vt latronib⁹ ⁊
homicidis solet t̄n latera fodiebātur.
sed ⁊ venter ⁊ fomora ac tibie et vsqȝ ad
vngues vngula perueniebat: sed ne fa-
cies quidē ac vult⁹ ⁊ frons a tormentis
remanebat imunis. Addebatur et hoc
super oia: vt postea q̄ȝ fuissent humana
corpora absqȝ omni humanitate lania-
ta exposita in publico ⁊ nudata nō soluȝ
veste sȝ etiā cute. crudele cūctis preter-
euntibus spectaculū fierent: quosdā co-
lūnis districtos ⁊ post tergum distortis
brachijs vinctos relinquebant. Iam ve
ro ij qui ante presidem suspendeban-
tur non id solum temporis quo ab eo
vel discutiebantur vel cruciabantur.
sed totum pene diem cum alij act⁹ age-
rentur in eculeis exigebant si forte ali-
qui ex his iugis pene continuatione a
propositi firmitate deciderent. Tanta
vero in his crudelitas erat et intan-
tum ab eis omnis penitus humanita-
tis sensus aufugerat. vt postea quā om
ne corpus vel tormentis vel verberi-

bus fuisset assumptū trahi nudum pedibus rursum iuberet ad carcerez atq ibi neruo pedibus conclusis recentib⁹ adhuc terga vulnerib⁹ reijcerent l solū testaꝝ fragmētꝭ subter stratū. Interea quā plurimi vsq ad mortem cōstanter ⁊ fortiter ꝑdurantes inuentoribus scelerū inaniter intentate crudelitatis pudorē non minimū conferebant. Alij ꝟo recepta corporis sanitate ad reparandos denuo agones dispēsatores penarū sponte ꝓuocabant. Quos illi erubescentes rursum ad tormēta reuocare ipsa eoꝝ audacia perterriti capite eos cedi iubebant. Isti sunt veri in deo philosophi beati martyris filee voces: quas in vinculis positus ⁊ in carcerem retrusus commisse sibi ecclesie scribebat quibus vna secū socios eos martyrum ⁊ cōsortes faceret celestiū coronarum.

¶Cap.xi. de persecutione in xp̄ianos stupenda apud phrigiam.

Iam vero illō quod apud frigiam gestū est qs audeat pterire: in q ⁊ omnia humanitatis ⁊ ꝓpria romāi regni iura violata sunt vbi vrbē quādā xp̄ianoꝝ ciuiū in qua cum ⁊ populus ois ⁊ honorati viri ⁊ curator ac magistrat⁹ xp̄ianos se esse: nec acquiescere ad sacrificandū faterent: circūdari militibus iubent cūctosq simulq cū mulieribus viros cū puulis senes cum ciuibus ciuitatē: iniecto igni cōcremari. ita vt null⁹ penitus ex illa vrbe etiā cuz optio volentibus daret abscederet. Et hoc in ciues perpetratum iest: qđ in hostes egisse nota crudelitatis habuisset. Uerū beati huius numerosiq martyrij pariter ab vniuersa vrbe suscepti auctor ⁊ dux erit vir pietate ⁊ religione atq oī benignitate clar⁹ adoctus nomine patria ⁊ genere italus honorib⁹ palatij p gradus singulos vsq ad officiorum magisteriuz perfunctus rationes quoq p illud tps summarum partiū amministrans qui in supradicta vrbe degebat. Cuius in confessione xp̄i cōstantiā ois populus secut⁹ boni ducis exemplo summaꝝ vere ꝑtiū p martyꝝ consecutus est palmā. Sed vn̄ sufficim⁹ ꝓpria vnuscuiusq martyris p singulos enumerare supplicia. Quis em̄ possit vt illa repetere qb⁹ apđ arabiā sancti martyres securib⁹ cesi sunt: aut qūo qs repeterat q̄ in capadocia gesta sunt vbi crura frāgi dei cultorib⁹ iubebant. Quis mesopotamie referat: cruciat⁹ vbi xp̄ianos sui tergoris more singulis manib⁹ pedibusq suspensos amarissimo fumo subter ingesto indignis cruciatib⁹ enecabāt. Alios ꝟo lento igni ꝓpe adhibito tormētis lōgioribus absumebant.

¶Cap.xij. de persecutione diocletiani apud alexandriā ⁊ nimia quattuor christianorum virginum pudicitia.



Illa autē qūo replicē q̄ apud alexandriā gesta etiam veterum poetaꝝ fabulas vincūt vbi obtrūcatis aurib⁹ atq inhonesto vulnere naribus manū quoq ceteroꝝq mēbroꝝ summitatibus amputatis truncū sinebant abire derisum. Apud anthiochiā ꝟo qūo recordabor craticulas primis impositas quib⁹ christiani suppositi torrebantur. Sed inter hec nobiliū duorum iuuenum factū memorabile silere equum nō puto. Qui cū cōprehensi simulachris immolare cogerent aiūt: Ducite nos ad aras. Et cū fuissent adducti manus suas ardenti igni supponentes si subtraxerimus inquiunt sacrificasse nos credite: ⁊ qdiusq caro omnis in ignē deflueret immobilr ꝑdurarūt. Alij cū ad sacrificādū quererentur sacrilegā pollutionem vitātes vitā ꝑcipitio finierūt minore qdē tolerātie fiducia: sꝫ ꝯseruāde fidei maiore cautela.

B ¶In qbus amirabilis qdam ⁊ veneranda femina pulchritudine pariter ⁊ pudicitia formosa genere nobilis ⁊ copiosa facultatibus. Cui erant due filie virgines honeste satis ⁊ materne pudicitie regula nutrite specie simul ⁊ moribus emula sibi ꝓbitate certātes. Quas religiosa mater secundum ꝓceptum diuinū in timore dn̄i educauerat. Sꝫ pro his q̄ supra diximus vel nature vl' insti

tutionum bonis prauorum hominum multa erga virgines earūq matrē contentio exagitabatur ꝛ summo studio sum maq vi perquirebantur. Cumq declinan di turbinis gratia sui absentiā ꝓcurassent agitur omni intentione vt earum p̄sentia fieret. Missi in hoc ip̄3 milites repertas eas venire Antiochiā cogūt. Sed cu3 perurgentib⁹ militib⁹ vehiculo imposite iter agerēt: talibus religiosa ꝛ pudica mater ad filias vtitur v̄bis Scitis dulcissime mihi filie quomodo vos i disciplina dei adulaueri3 scitis q̄ paruulis deus vobis pater deus nutritor: de⁹ institutor extiterit. Et q̄ pudicitie ꝛ castitatis bonū ita mecū pariter dilexistis vt ne ocul⁹ quidē vester vnq̄ sicut vobis ꝯscia fu3 lasciuiore fuerit maculat⁹ aspectu. Quid igit̄ nūc agim⁹ videtis q̄ ista oīs vis aut a deo nos studet aut a pudicitia separare. Prostituētur ergo publicis lupanaribus membra que aer pene ipse publicus habuit incognita. Ne queso filie quia nec tam parua nobis in deo fides est vt morte3 pertimescamus: nec tam despecta pudicitia vt viuere etiā cū turpitudine cupiam⁹. Qui poti⁹ si placet qđ i domib⁹ tenetis etiā in hoc sequimini matris exemplū. Preueniam⁹ impuras carnificū manus et impudicorum precipitamus in cursus mundunq hunc qui nos ad impuram et impudicam compellit ac pertrahit vitam pura et pudica morte damnemus. Cumq talibus exortationib⁹ filias ad simile ꝓpositum videret accēsas: ad fluuium quēdam in itinere positum venerūt. Ubi cū se humane necessitatē cā descēdisse simulassent ꝛ paululū custodes cogēte naturali r̄uerētia recessissent, adductis diligēti⁹ hincinde vestib⁹ minacis se fluuij rapidis iniecerūt. Et3 ꝛ alie due v̄gines p oīa isignes sorore sgn̄e nobiles vita mirabiles prie adhuc etatis specie pulchre satis s3 aīa pulchriores ornate morib⁹ mag3 q̄ monilib⁹ studijs appime ꝓbabiles no ferētes violari publicis edictis a legib⁹ castitatē marinis se fluctibus demersere.

¶ Cap. xiij. de inhumana diocletiani ꝑsecutione apud pontum.



Hec apud antiochiam. In regionib⁹ v̄o ponti crudeliora gerebantur harundines acute quibusdam subunguibus digitorū infigebantur. Alij plumbū igni liquefactu3 ꝛ dorso diffusum vsq ad loca pudenda: quibus naturalis egestio ꝓcurari solet infundebatur. Feminis quoq eris candentis fustes absq vllo humanitatis miserationibusq respectu ingerebantur p pudenda viscerum ꝛ naturaliū secreta mēbrorum. Sed quid facta sunt q̄ appellationes ip̄e nihi in admissis facinorib⁹ desunt. ꝛ gestoꝝ scelerū nec vocabula q̄bus enumerari q̄ant inueniri possunt. Sustinebant tamen omnia fortissimi ꝛ pijssimi martyres cum optimi ꝛ p̄clari iudices in eo solo sapiētiā suā oib⁹ futurā in ammiratione censerent si aliqđ noue crudelitatis suppliciū nouiq generis inuenissent. Sed cū aliqn̄ iā non ratiōe aut humanitate crudelitatis tamen nimietate faciati respicere ad inanitatē sceleris sui cepissent desolatas vrbes ciuib⁹ ꝛ optimis rura nudata cultoribus orbatos filijs patres ꝛ parentes liberis ad clementia3 se humanitatēq conuertunt edictumq principale proponunt q̄m fas non esset tot ciues in q̄bus fidei sue esset obstinata persuasio morti tradere placere d̄ reliquo: vt hoc genus hominū nequaq̄ quidem subiret interitum. Omnes tamē qui hanc spēm confessionis tenerant dextris oculis ferro effossis eisdēq cautere adust3 sinistro etia3 poplite nihilominus cautere debilitato p singulas quasq ꝓuincias in eis ferriq metalla vel opis vel pene gr̄a deportandos. Hec fuit clemētia principalis qua optimis ciuibus cōsultum est. Sed illi quidē suis vt videbatur vel morib⁹ vel vitijs agebant iustis v̄o ꝛ sanctis viris corone v̄tutis ꝛ patientie parabantur domino ꝛ saluatore nostro per hec vel explorante fidem credentium sibi vel merita remunerante. Sed sicut oēs p singlos enumerare non solū difficile. sed ꝛ impossibile est q̄ tunc in passionib⁹ carnis sue deo gratia3

bederũt ita omnes penitus obmittere τ ne paucoꝝ q̃dē noiatim facere mētio nē satis vr̃ ingratũ. Paucos ꝗ memora bim⁹ τ maxime ecclesiaꝝ p̃ncipes per loca sua singulos martyrij gloria coronatos.

¶ Capitulum.xiiij.mensent multi insignes epi q̃ in diuersis ptibus nobilissima p christo pertulerunt martyria.



A ¶ Sed exiliẽs e cubili suo sepe pronus elideret̃ in terrã. Tũ deinde homo edax: & q̃ vino semp repleret̃ nũc ne summis quidẽ labris degustandũ reciperet cibũ aut odore tenus vinũ sumeret. Ita carnib⁹ inedia & ariditate ɔsumptis: hoc solũ p̄fecit infelix: q̃ in vltimis vite positus iustã esse vindictã dei: & scelerũ se penas merentẽ p̄fitet̃ expendere. Ad vltimũ tñ morbo pri⁹ luminib⁹ amissis: tũc magis quid aduersum xp̄m impietat̃ admiserit vidẽs viuendi finẽ fecit. S3 defuncto eo q̃ erga xp̄ianos nunc inaudita crudelitate nũc simulata venia agebat aperta indulgẽtia legitimoꝝ principũ: & absq; vlla iam suspitiõe: ecclesiarũ status multo etiã clarior q̃ prius fuerat reparari cepit. Uerbũ vero dei & doctrina xp̄i lõge gloriosius & liberius propagabat̃. Tũ vero inimicis fidei penitudo vltima atrocitatis & crudelitatis sue fiebat: ita vt puderet eos aspect⁹ ipse public⁹: nec eleuare oculos in hoim facie3 auderent. Etenim cum primũ ipse Maximianus impialibus edictis tyrãnus & impius & deo atq; hoibus inuisus fuisset p̄nunciatus: tabuleq; eius picte vel imagines eree alie deici ac p̄cipitari iuberent̃ alie vero atris fucate coloribus oblitterari: tanta subito rerũ facta conuersio est: vt eius q̃ dudũ aduersus xp̄ianos de pene eternitate censebat: nũc ẽt nomẽ aut repelleret̃ de memoria hoim aut cum opprobrio ac de decore seruaret̃. Judices quoq; eius quos in tyrãnicis dñationib⁹ ministros sceler̃ habuerat legitimi princeps velut impietatis & crudelitatis satis ei⁹ satellites interfici iuberẽt. In quibus maximus flagitiorũ ei⁹ signifer peusedi⁹ fuit qui secũdo ab eo & tertio cõsul prouect⁹ est: ac p̄fecture tenuit culmen. Sed & quintianus similiter primis apud eũ honoribus functus q̃ in egypti partib⁹ aduersus xp̄ianoꝝ sanguine inaudita seuitia & crudelitate grassatus est. S3 & alij plurimi per quos maximini impietas fomẽta ɔcepe rat. In qb⁹ & theotegnus vltore tande3 pphanoꝝ actuũ esse cõperit deũ. q̃ cõsecrati apud Anthiochiã simulachri grã: etiã p̄sidalib⁹ a Maximino fascib⁹ fuerat honorat⁹. Sed cũ licini⁹ venisset anthiochiã et magice artis studiosos ad penã iussisset inqri: sacerdotes illi atq; aruspices nouelli simulachri: horu3 vel socijs vel etiã magistri deprehẽduntur. Cũq; ab his inquireretur quo pacto vel responsa redderet simulachrum: vel p̄digia quedam facere videret̃: dissimulare primo: postea tñ artius interrogati: totius ludi ɔpositã & cõpaginatã machi

nam pandunt: & arte Theotegni fatentur cuncta fucata. Igitur primo omnium ipsum tante deceptionis auctorē Theotegnon tum deinde ceteros magice artis ministros: quos ille sacerdotes nouelli demonis atq; aruspices collocaret: diginis excruciatos supplicijs occidi iubet. Quib⁹ adduntur etiā filij Maximini: quos ille iam imperii socios assumserat. Sed & propinquos eius qui se ob huiuscemodi necessitudinem molestissimos erga ciues & prouinciales exhibuerant: paribus supplicijs afficit: stulti et vecordes: qui non audierūt cōmonitionem diuinarum litterarum dicentem Nolite confidere in principibus: neq; in filijs hoim quibus nō est salus. Exiet spiritus eius & reuertet in terrā suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Nos autem quibus spes & salus in omnipotente deo consistit et in rege omnium xpo saluatore ad redemptorē animarū nostrarum: & correptionem libenter ab ipso suscipimus & pacem veniāq; ab ipso similiter expectamus.

B ¶ Igit postea q̄ repente deo atq; hominibus inuisum scdm q̄ supra exposuimus: interijt impiorum hominū genus: ita vt merito in his cōpletum videretur: quod predixerat spiritussanctus. Uidi impium superexaltum et eleuatum: sicut cedros libani: & transiui: & ecce non erat et quesiuit locum eius et non inueni. Omni nube detersa letus iam dies & solito clarior illuxerat: terris atq; ecclesijs christi splendor sui solis effulserat: nec vsq; qui hoc aliter respiceret liuidus supererat oculus. Sed cūcti mortales tyrannice que preterierat crudelitatis horrore: etiam si nondū fide vatis tñ que nostra sunt amplectētes: vniuersi pariter deū verum pijs esse auxilio fatebantur firmāq; esse spem in christo sperantium ꝓprobabāt. Ex quo aderat cūctis velut diuino munere infusa leticia maxime videntibus ea loca que paulo ante impijs tyrannorum machinis fuerant destructa: rediuiua constructione clariora & excelsiora ꝯsurgere templaq; excelsa ꝓ humilibus conuenticulis eleuari. Iuuabat enim christianorum principum fauor: & legislatione religiosa alacres nostros animos eo amplius animabat: dum et ad personam episcoporum frequentius scriberent: et honorem sacerdotibus cum summa veneratione deferent: sed et impendiorum sumptus benignus largirētur. Interea festiuitates a nostris frequentissime gerebantur cū omni letitia et exultatione per vrbes et loca singula ecclesiarum dedicationib⁹ celebratis. Congregabant in vnū sacerdotes: nec pigebat ēt longe positos cōuenire: q: nullū longū videbat spiritui charitati. Concurrebāt etiā ppli ad populos: et tanq; vere membra vnius corporis christi: iungi sibi inuicē sociariq; gaudebant vt videretur in eis compleri figura illa prophetia que cum sacramento quodam predicata est dicens. Quia congregabatur os ad os: et iunctura ad iuncturam. Quibus etiam vn⁹ spiritus inesse omnibus infusus membris: vna anima merito dicitur. q: & vna omnibus fides: & vnus ab omnibus colitur deus: atq; ex vno ore hymnos omnes concinunt deo. Iam vero ingens in sacerdotijs & ministerijs atq; in oib⁹ que ad religionis obseruantiam ptinēt gratia refulgebat: astabant hic psallentium chori: iuuenes & virgines senes cū iunioribus laudabant nomen domini. Hic ministeria ordinatis ac dispositis vicibus agebantur. Pontificum quoq; sacerdotū concessus ipsa canitie venerabilis eminus presulgebat. Iam vero si quis per gratiam dei inspirat⁹ sermonē proferret ad pplm cū omni silentio ora cunctorum in eū: oculiq; conuersi tanq; celitus sibi per eū denunciari aliqd expectabant. Tanta auditorum reuerentia tantus ordo in sacerdotibus seruabat. Inde alius atq; alius: & nō solū duo vel tres sicut apostolus dixit ceteris examinantibus loquebantur: sed & quātiscunq; dabatur sermo in apertione oris sui: vt magis constaret in eis illud quod moyses dixerat. Quis dabit omnem ecclesiam dei prophetare. Nusq; enim liuor aderat nullum pulsabat inuidia dei dona dei populis ministrabantur vnusquisq; secundum quod scriptum est ad

edificationem ecclesie abundare quere bat et omnem hec in charitate gerebãtur ita vt se honore inuicem peruenirẽt ꝛ alter alterum sese diceret meliorem. Nam simpliciores quiqꝫ ammirabantur ꝛ suscipiebant eos qui per sapiẽtiã verbi populos instruebant. Sapientes vero et eruditi viri preferebant eos q̃bus pura vita ac sincera simplicitas: offerendi deo hostias maiorem fiduciam dabat eisqꝫ immolandi sacrificij permittebatur officium quos familiarior vite simplicitas in cordis puritate seruabat. Sic summo studio perquirebat alter in altero quod preferret.

C Igitur cum tali simplicitate ecclesiarum gloria apud deum hominesqꝫ ꝓficeret: ꝛ imago quedam celestium haberetur in terris: super omnia quoqꝫ religiosus princeps Cõstãtinus exultaret in talibus: ac per dies singulos fide ꝛ religione crescens in explebili gaudio de eccl'iarũ ꝑfectibus repleretur. Sacerdotibus etiam dei nõ credebat sufficere si se equalem preberet: nisi eos a longe p̃ferret: ꝛ ad imaginem quandã venerearetur diuine presentie. Cumqꝫ pro his omnibus non iam vt imperator sed vt pater coleretur a cunctis: nõ tulit infelix inuidia vel nostrorum pacẽ letis successibus crescere. vel illius erga nos studia inquassata durare. Et eñ Licinius qui primo quasi ꝓbitate morum et vite integritate ac merito virtutum: non solum ab eo in societatem regni fuerat ascitus verum ꝛ propinquitatem ex coniunctione susceptus (sororem namqꝫ Constantini in matrimoniũ acceperat (videns imperatorem non tã vi ꝛ metu: quam amore ꝛ religione omnibus imperare: atqꝫ in summa veneratiõe cũctis esse mortalibus: ꝛ precipue christianis humano vitio pulsatus: immo inhumane inuidie: clade percussus occultis insidijs primo decipere egregium principem parat idqꝫ ꝗ maxime per familiares ac ministros molitur. Sed ille nihil quidem de eius dolis et fraudibus suspicatur: tamen quia toti9 erat confidens in deo: ad omnia se illo signo quod ei celitus monstratum fuerat muniebat: nec vllis per hoc insidijs fieri obnoxius poterat. Uerum Licini9 vbi neqꝫ beneficiorũ memoria: neqꝫ affinitatis gratia reprimere immanitatem consepti sceleris poterat neqꝫ tamen et per occultas machinas insidie procedebant: ratus ꝙ imperator christianorũ precibus iuuaretur: ꝛ ideo tutus remaneret: stulta iracundia permotus. Imperator quidem apertum bellum indicit: regniqꝫ fidẽ societatemqꝫ contaminat. Nostros vo priuator speciali odio ꝑsequi parat: hec in querela deuocãsqꝫ non ita ꝑ se sicut ꝑ Constantino xp̃iani in solemnibus ꝛ ex p̃cepto sibi traditis orationibus excubarent. Uersa igit̃ vice: is qui pauloante acerrime in eos vindicauerat: q̃ tyrannorꝫ tpe aduersuꝫ xp̃ianos aliq̃ crudele molliti sũt: nũc in nostros tela contorquet ꝛ tyrãnidis sue p̃mia sacrilegia nostrorꝫ cruore delibat Primo namqꝫ omnium de palatio suo si quis christianus esset exire iubet: tuꝫ de deo in militia. Post hec ꝑfecit peſtꝫ ꝛ tyrãnicis edictis statuit omnes qui se xp̃ianos ꝑfiterent̃ in carcerẽ trudi. Statim tñ inuenit aliq̃d in q̃ priores crudelitate supiret. Addit edicto vt ne quis alicui misso in carcere cibũ vel potũ deferat dicens: iniquũ esse miam fieri atqꝫ humanitatẽ p̃beri ijs quos ip̃e suis legibus ꝯdẽnasset. Et ita multitudines in carcerem retruse inedia necabant̃. Sed ꝑ hoc putabat adhuc occultiorem esse tyrannidem suã. Uerum crescente animi seuitia: etiam hoc parũ videtur cõtinuo in episcopos ceterosqꝫ sacerdotes dei rabiem crudelitatis extendit. Et p̃mo oim nobiliores quosqꝫ ꝛ quos fama clarior extulerat vel sapientie ꝛ doctrine opinio cõmẽdauerat: callida arte circonuenit: ꝛ eos aut iniuriarꝫ reos fieri aut cuiuslibet alterius ficti criminis precipiens. nullaqꝫ negocij inquisitione habita puniri hoc solo quo deferebantur iubebat: Jam vero post hec: inaudito omnibus seculis credulitatꝫ modo omnes qui contaminatis sacrificijs acquiescere noluissent: non tortoribus vt precessores sui tyranni faciebãt neqꝫ cruciatibus ac supplicijs tradi iu=

bebat:sed lanionibus dari:vt eos porcorum more suspensos despicatosq; et codicib⁹ suppositos p frusta cederent: ⁊ in partes diuisos:in mare ad pabulū pisciū proijcerent. Ecclesia quoq; quas suis iam temporibus cōmunibus edictis extrui iecerat rursuz ipse subuerte re:⁊ p oia sat; agere quatin⁹ cūctos qui añ se fuerāt tyrānos crudelitate supa ret. Preterea ⁊ leges si q̄ apd romanos bñ ⁊ honeste a maiorib⁹ late fuerant in barbarorum ritum conuertere auaritie quoq; insatiabiliter studere sensus innouare ⁊ agros cultoribus vacuos tributis replere. Preterea si quos iniquis factionibus circumuentos in exilium misisset horuz vxores legitimis m̄rimonijs auulsas:seruis suis ac satellitibus iūgere. Ipse vero etiaz cōtra etatis sue vires adulterijs ⁊ corruptione virginū delectari. Uerum vbi huiuscemodi armis ⁊ virtutibus instructus tyrannidē ferocius cepit agitare. Constantin⁹ aūt qui erat veris virtutibus adornatus ⁊ perfecta in deum pietate munitus: tot tantisq; flagicijs ire obuiam parat nec difficultas aliqua victorie fuit: vbi et causa iustior et fides purior:et virtus eminentior habebatur. Deiectoq; licinio:atq; omni memoria tyrannice dñationis ablata soliditatez romani regni cum filijs solus obtinuit. Tuz vero sta tus quidem reipublice equabili moderatione:⁊ censura dignissima Romani nominis habebatur. In nationib⁹ barbaris met⁹ ingēs. In puincialib⁹ vero metu deuotio animi maior erat. Quieta omnia et tranquilla ab hostibus bellisq; ciuilibus:leti securiqz cūcti mortales pacē agitebāt. Ecclesiaꝝ vero gloria incredibile mēorata est:quāto religiosi imperatoris studio adolauerit:quā taqz ei⁹ cura etiā erga sumptū indulgē tiū fuerit. Ardēs nāqz i fide dei animi⁹ ⁊ benignū ingeniū atqz clemēs:bonis opibus pascebat. Intantū vero p̄riuz reꝝ bonitas ⁊ trāquilitas obtinebat vt obliuionē p̄teritoꝝ pareret malorum. Editis nāqz freq̄ntibus per oēm locuz ppositis:nō solū tyrannicas aduersum christianos depulerat leges:visqz ciuile rediderat. verū ⁊ priuilegia plurima ecclesiastica ac summos honores sacerdotib⁹ detulit. Ita deo atqz hoibus carus summā Romani regni:cum religione puratum etiam virtute animi ac moderatione supra omnes qui prius fuerant procurabat.

¶ Eusebij Cesariensis hystorie ecclesiastice explicit liber nonus.



Hecusq; nobis Eusebius rerum in ecclia gestaꝝ memoriaz tradidit. Cetera vero q̄ vsqz ad p̄sens tp̄s p ordinē subsecuta sunt:q̄ vel in maiorū litteris reperimus:vel nr̄a memoria attigit patris religiosi p̄ceptis,⁊ in hoc parentes q̄ poterimus breuiter addem⁹ Hec etiaz decimo libro ecclesiastice hystorie continentur.

¶ Incipit liber.x.

¶ Cap.j. de cōuocatione concilij niceni pp̄ter heresim arrij heretici.



Cum apd alexandriā post achillam q̄ petro martyrij successerat:Alexāder sacerdotiuz suscepisset:qz pax nostris ⁊ quies a psecutionib⁹ erat atqz ecclia rū glīa ꝯfessorū meritis gaudebat prosperitas reꝝ nostraꝝ domestica ꝯtētione turbat. Etenī pbr̄ quidā apud Alexandriā arrius noie: vir specie ⁊ forma magis q̄ virtute religiosus ⁊ glorie laudisq; ⁊ nouitatis improbe cupidus praua quedā de fide xp̄i pferre ⁊ q̄ antea in questionē nūq̄ venerāt cepit abscindere ac separare ab illa eterna ⁊ ineffabili dei patris substantia vel natura filium conabatur. Que res plurimos in ecclesia conturbabat. Sed cum alexander ep̄s natura leuis:⁊ q̄etus assiduis commonitionibus. Arrium cuperet a prauo incepto et assertionibus impijs reuocare:nec tamen res ex sententia p cederet:q plerosqz iam contagio pestifere assertionis infecerat non solū apd alexandriam:verum ⁊ per alias:vrbes prouinciasqz dispersa:pernitiosum fo

re credens si dissimularet aliis plurimis consacerdotib⁹ suis rē indicat Questio latius innotescit: sermo usq ad aures religiosi principis: qppe q in omni studio diligentia curaret que nostra sunt peruenit. Tum ille ex snia sacerdotū apud vrbem. Niceem episcopale cōsiliū cōuat ibiq Arriū trecētis 7 xviij. episcopis residentib⁹ adesse iubet: ac de eius ꝑpositionibus 7 questionibus iudicari.


¶ Cap. ij. qūo cōstātin⁹ in ꝯcilio illo noluit iudicare de querelis q inter episcopos versabant.



Sed ī eo concilio ammirabile factū principis nō puto reticēdū. Et em cū ex oībus pene locis epi ꝯuenissent 7 vt fieri solet diuersis ex causis inter se iurgia quedā detulissent interpellabat frequēter a singulis offerebant libelli culpe ꝓferebantur: 7 magis ad hoc ꝙ ad id pro quo ventum fuerat animos dabāt. At ille videns ꝙ ꝑ hmōi iurgia causa summi negocij frustraretur diē certam statuit que vnusquisq epoꝝ si quid q̄rimonie habere videretur deferret. Et cum resedisset: suscepit a singulis libellos. Quos simul oēs in sinu suo ꝯtinēs: nec in eis qd ꝯtineret aperiens ait ad epos. De⁹ vos ꝯstituit sacerdotes: et potestatē vobis dedit de nobis q3 iudicādi 7 iō nos a vobis recte iudicamur. Uos āt nō potestis ab hoib⁹ iudicari ꝓpter qđ dei soli⁹ iter vos expectate iudiciū 7 vr̄a iurgia q̄cūq sunt ad illud diuinu3 reseruenē examen. Uos etem nobis a deo dati estis dij 7 conueniens non est vt homo iudicet deos sed ille sol⁹ de quo scriptum est. Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos discernit. Et ideo his omissis illa que ad fidem dei ꝑtinent absq vlla animoꝝ cōtentione distinguite. Cu3 hoc dixisset: omnes simul querimoniaꝝ libellos iussit exuri: ne innotesceret vlli hominū simulatio sacerdotū. Uerū cū ꝑ dies multos in epoꝝ consilio fidei questio verteret: 7 nōnulli diuersa sentirent ac vehementer ceptis arrij fauerent cōplures tn̄ erant q impiū arrij execrarētur inceptu3. Cūq in eodē cōcilio esset ꝯfessoꝝ magnus numer⁹ sacerdotū: oēs arrij nouitatib⁹ aduersabant. Fauebāt vo ei viri i qōnib⁹ calidi: ob id simplicitati fidei aduersi.

Idē in hy. tri p. li. ij. ca. ij. 7 xj. b. s. sacerdotib⁹ xij. q. i. futurā

¶ Cap. iij. ꝙ a simplici sacerdote dialecticus in verbo dei supatur 7 xp̄ianus efficit.



Quātā vero virtutē habeat simplicitas fidei etiam ex ijs q inibi gesta referunt agnoscim⁹. Et em cū ꝓ studio religiosi impatoris ex oi terra sacerdotes dei coiissēt opinione commoti philosophi quoq 7 dialetici valde nobiles 7 opinatissimi cōuenerunt. In quib⁹ quidē insignis in arte dialectica per dies singulos conflictū summi certaminis cu3 episcopis nostris viri ad eque in dialetica nō improbabiliter eruditis mouebat et fiebat ingens spectaculū Conuenientibus ad audiendum doctis et litteratis viris: nec tamen vllo genere philosophus concludi a quo quam poterat. aut constringi. Tanta et enim dicendi arte obiectis questionibus occurrebat: vt vbi maxime putaret astrictus velut anguis lubricus laberetur. Sed vt ostēderet deus ꝙ non in sermone regnū dei: sed in vtute ꝯsistit: qdā ex cōfessoribus simplicissime nature vir. 7 nihil aliud sciens nisi

Idē in hystoria tripti ta. lib. ij. ca. iij.

christum iesum et hunc crucifixum inter ceteros auditores episcopus aderat. Qui cum vidisset philosophum insultantē nostris et calida se disputationis arte iactantem possit ab omnibus locum velle se paucis cū philosopho sermocinari. Cum vero nostri qui simplicitatē viri et impericiem in sermone dumtaxat nossent pauere et velut pudorē quendā pati: ne forte apud callidos homines risui efficeretur sancta simplicitas. Perstitit tamē senior et hūc mouit sermōis exordiū. In nomine inquit iesu xpi philosophie audi que vera sunt. Deus vnus est qui celum fecit et terram. Quique hominē quem de terre limo formauerat spiritum dedit vniuersa que videntur et q̄ non videntur virtute verbi sui creauit et spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc verbum ac sapientia quem nos filium dicimus humanos miseratus errores ex virgine nascitur: et p passionem mortis a perpetua nos morte liberauit ac resurrectione sua eternam nobis cōtulit vitam. Quē et expectamus iudicem omnium q̄ gerimus esse venturum. Credis hoc ita esse philosophie: at ille veut si nūq̄ vllum sermonē contradicendi didicisset ita ob stupefactus virtute dictorum mutus ad oia hoc solum potuit respondere: ita sibi videri. Nec aliud verum esse q̄ quod dixerat. Tum senior. Si hoc inquit ita esse credidisti: surge et sequere me: ac dominicum et huius fidei signaculum suscipe. Et philosophus cōuersus ad discipulos suos vel ad eos q audiēdi gratia conuenerant: audite inquit o eruditi viri donec verbis mecum gesta res est verba verbis opposui. Et que dicebantur dicendi arte subuerti. Ubi vero p verbis virtus pcessit ex ore dicentis non potuerūt resistere verba virtuti: nec homo aduersari potuit. Et iō si quis vestrum potuit in his que dicta sunt sentire que sensi credat christo et sequatur hunc senem in quo locutus est deus. Ita philosophus christianus effectus tandem se gratulatus est victū.


¶ Capitulum.iiij. de pasuntio confessore eiusque miraculis.



Erat preterea in illo concilio et pasontius homo dei ep̄scopus ex egypti partibus confessor ex illis quos Maximinus dextris oculis effossis et sinistro polite succiso p metalla damnauerat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia vt signa per eum nō minus q̄ dudum per apostolos fierent. Nam et demones tantū verbo fugabat et egros sola oratione curabat. Sed et cecis visum dicitur reddidisse. Et paraliticos ad stabilitatem corporis renocasse. Quem Constantinus in tanta veneratione et affectu habuit vt se pius eum intra palatium euocatum complecteret: et illum oculum qui in confessione fidei fuerat euulsus audioribus osculis demulseret.

De pafuntio etiā.j.li.x.c.j. A in hysto. tri.li.j.c.x. et li.ij.c.ij. A

¶ Capitulum.v. de spiridione episcopo et eius mirabilibus hosionque additione in symbolo.



Ex eorum numero et si quid adhuc enumeētus fuisse dicitur etiam Spiridion Cipus episcopus virinus ex ordine p phetarum quantum etiam nos eorum qui eum viderant narratione comperimus. Hic pastor ouium etiam in episcopatu positus permansit. Quadā vero nocte cum ad caulas fures venissent: et manus improbas quo aditum educendis ouibus facerēt extendissent inuisibilibus quibusdam vinculis restricti vsque ad lucem velut traditi tortoribus permanserunt. Cum vero oues ducturus ad pascua matutinus se ageret senior videt iuuenes absque humanis vincu-

De hoc spiridione etiā in hysto. tri.lib.j.ca.x. fere p totum.

lis caulis pendere districtos.

A ¶ Cunctis causam noxe comperisset: absoluit sermone quos meritis vinxerat Et ne ex inanis noctruma cederet occupatio tollite (inquit) o iuuenes vnu vobis arietem: ne sine causa venisse videamini: quem melius prece & furto q fisse conuenerat. Tradunt de hoc etiam illud factum mirabile. Filiam habuit yrenem noie que ei bene cum bene ministrasset virgo defuncta est. Post eius obitum venit quidam dicens se ei qddam depositum cõmendasse. Rẽ gestam ignorauerat pater. Perquisitum in tota domo nusq̃ qd pascebatur inuentũ est. Persistebat ille qui commendauerat z fletu ac lachrymis perurgebat. Uite quoq̃ sue illaturum se esse exitũ nisi commẽdata reciperet testabatur. Permotus lachrymis eius senex ad sepulchrum filie properat atq̃ eam ex nomine clamitat. Tum illa de sepulchro q̃d vis ait pater. Cõmendatum illius inqt vbi posuisti. At illa locum designans illic ait inuenies defossum. Regressus ad domum rem sicut filia de sepulchro responderat repertam tradidit reposcẽti Sed et multa alia eius feruntur gesta mirabilia que etiam nunc ore omnium celebrantur.

B ¶ Tales igitur in illis adhuc tẽporibus permulti viri in ecclesijs domini refulgebant ex quibus plurimi in illo concilio fuerunt. Sed z Athanasi᷒ eodem tẽpore alexandri dyaconus alexandrini episcopi aderat concilijs senẽ quam plurimi iuuans. Interea p dies singulos agitabatur conuentus: nec facile aut temere de re tanta statuere audebant. Euocabatur frequenter Arri᷒ in concilium z assiduo tractu assertiones eius discutiebãtur. Et quid aduersum hoc teneri deberet: aut statui summa cum liberatione querebatur. Uerũ post diutinum multumq̃ tractatũ placet omnibus ac velut vno cunctorũ ore et corde decernitur homousiõ scribi deberet id est eiusdem cum patre substãtie filium confiteri: idq̃ firmissima oim sententia pronunciatur. Decẽ et septem soli tunc fuisse dicuntur quibus arrq̃ fides magis placeret extrinsecus creatum dei filium ex nullis substantibus z non ex ipsa patris deitate progenitum confirmantes. Defertur ad cõstantinũ sacerdotalis concilij sententia. Ille tãq̃ a deo prolatam veneratur. Cui si q̃ temptasset obniti velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum. Sex igitur soli cum Arrio se patiuntur expelli reliqui vero vndecim concilio inter se habito acquiescunt ad subscribendum manu sola non mente. Cuius simulationis auctor precipue extitit. Nicomedie episcop᷒. Eusebius. Interim quomodo alijs vitate alijs simulatione (sicut post exitus docuit) subscribentibus z de singulis quibusq̃ ecclesiasticis obseruationib᷒ certa statuta fingentibus concilium direptum est. Exemplum autẽ expositiõis fidei eoꝝ qui ꝯuenerat infra scriptũ est.

¶ Exemplum fidei Nicene.

¶ Capm. vj. de expositione fidei in cõcilio niceno facta z eiusdem ꝯcilij actis.

Credimus in vnum deum patrem omnipotentem omnium visibilium et inuisibilium factorẽ.

A ¶ Et in vnum dominum nostrum Iesum christum filium dei: de patre natum vnigenitum. Hoc est de substãtia patris. Deum ex deo. lumen ex lumine Deum verum ex deo vero. Natum non factum. Homousiõ prĩ: hoc est eiusdem cum patre substantie. Per quem oĩa facta sunt que in celo et que in terris. Qui propter nos et propter nostram salutem descendit: et incarnatus est homo factus passus est: et resurrexit tertia die z ascendit in celos. Inde venturus est iudicare viuos et mortuos. Et in spiritum sanctum. Eos autem qui dicunt: erat aliquando quando non erat: et antequ nasceretur non erat: et quia ex nullis existentibus factus est: aut ex alia substantia dicunt esse aut conuertibilem vel mutabilẽ filium dei: anathematizat catholica z apostolica ecclesia.

F Acta niceni concilij.

¶.i. Statuūt preterea obseruandum esse in ecclesijs ne quis ex his qui semetipsos per impatientiam libidinis exciderunt: veniret ad clerum.

B ¶.ij. Et ne quis nuper assumpt⁹ ex vita vel conuersatione gentili accepto baptismo anteꝗ̄ cautius examinetur clericus fiat.

¶.iij. Et ne quis episcoporum ceterorūqꝫ clericorum cum extraneis mulieribus habitet preter cum matre vel sorore. vel thia. vel si que sunt huiusmodi necessitudinum persone.

¶.iiij. Et vt episcopus si fieri potest a totius prouincie episcopis ordinetur Si hoc difficile est certe non minus ꝗ̄ a tribus: ita tamen vt Metropolitani episcopi maxime vel presentia vel auctoritas habeatur. Absqꝫ quo ordinationem irritam esse voluerunt.

¶ v. Et ne quem si alius episcop⁹ de ecclesia expulerit siue clericum siue laicum suscipiat ali⁹. Sane ne hoc aut iracundia aliqua aut contētione (vt fieri solet) iniuste factum remedium non haberet: decernūt per singulos annos in singulis vrbibus atqꝫ prouincijs secundo ab omnibus episcopis ꝓuincialibus concilia agi debere: et de huiusmodi negocijs iudicari: vt si forte ab vno inique aliquid gestū est a ceteris emēdetur. Si recte vt ab oībus confirmet̄.

¶.vj. Et vt apud Alexandriā vel in vrbe roma vetusta ꝯsuetudo seruet̄. vt vel ille egypti vel hic suburbicarum ecclesiarum sollicitudinem gerat.

¶.vij. Et vt si forte in ordinādo epō duo vel tres pro aliqua contentiōe dissentiāt reliquoꝝ auctoritas et precipue metropolitani cū ceteris firmior habeat̄.

¶.viij. Et vt episcopo Hierosolymorum antiquitus tradita honoris ꝑrogatiua fuet̄. manēte nihilominus: et Metropolitani ipi⁹ ꝓuincie dignitate.

¶.ix. Et vt catharos (q̄ apō nos nouatiōi sunt) si forte penitētes ad ecclīā ꝯuertant̄ cōfessos ecclīastica dogmata clericos in ordine q̄dem suo suscipi debere: sed ordinatiōnē data. Sane si epūs ipsorum veniat ad epm nr̄m debere eū in presbyterorum loco sedere. Epi vero nomen manere apud illum solum qui catholicam semꝑ tenuit fidem: nisi sua voluntate ipse eum tali nomine honorare voluerit vel si placuerit: vt ārat ei epi locū vacantē hoc in ipsi⁹ potestate.

¶.x. Et ne in vna ciuitate duo sint epi.

¶.xi. Et si qui forte indiscrete ad sacerdotium prouecti post modū vel ipi aliquid de se criminosum confessi sunt: vel ab alijs reuicti vt abijciātur. Sed et si quis ex his qui lapsi sunt: et per ignorantiam forte ordinati: recogniti fuerunt vt abijciantur.

¶.xij. Et si qui absqꝫ tormentis in ꝑsecutiōibus lapsi sunt: et ex corde agunt penitentiam: quinqꝫ annos intra catecuminos faciant: et duobus annis post hoc fidelibus tantum in oratione iungantur: et ita postmodū suscipiant̄. Qui vero propter confessionē militem abiecerant: et rursum hanc ambierunt: hos tredecim annis pnīam gerere: et post eā suscipi si tm̄ ex corde pnīaꝫ gerant. Esse tm̄ et in potestate epi moderandi facultatem si eorum fructuosam et attentaꝫ penitentiam viderit.

¶.xiij. De his vero qui vita excedūt penitentibus decernunt vacuum nullū debere dimitti. Si qui sane accepta cōmunione semperuixerit deberet eū tēpora statuta complere: vel certe prout moderatio episcopi voluerit.


¶.xiiij. Et ne diaconi presbyteris ꝓferantur ne ve sedeant in consessu presbyterorum: aut illis presentib⁹ eucharistiam diuidāt. sed illis agētibus solū ministrant. Si vero pbr̄ nullus sit in presenti tūc demum etiam illis licere diuidere aliter vero agētes abici iubēt.

¶.xv. De catecuminis q̄ ꝓlapsi sunt statuere trib⁹ ānis eos ad catecumioꝝ orōne separatos post eā recipi debere.

¶.xvj. Et ne de ciuitate inferiori ad maiorem ecclesiam transire quis ābiat siue episcopus siue etiam alius cleric⁹. Et ne quis clericus qui derelicto ecclesia sua nulla existente causa probabili vagatur et oberrat per alias ecclesias

suscipiatur in communione.
¶.xvij. Et vt nemo eum qui ad aliu̅ pertinet suscipiens in sua ecclesia ordinet cleru̅ absq̧ consensu illius ad que̅ pertinet.
¶.xviij. Et ne quis clericus aut vsuras accipiat aut frumenti vel vini ampliationem quod solet in nouo datum vel sextuplum vel etiam duplu̅ recipi quod si faciat tanq̧ turpis lucri reum abijciendum.
¶.xix. Et vt paulianiste qui sunt. Fotiniani rebaptizentur.
¶.xx. Sed et dyaconisse quonia̅ qui d em manus impositionem non accipiu̅t etiam ipsas inter laycos esse debere. Igitur cum de his prout diuinarum legum ratio poposcerat decreuissent: sed et de obseruatione pasche antiquu̅ canonem per quem nulla de reliquo varietas oriretur ecclesijs tradidissent omnibus rite dispositis ecclesiarum pax: et fides in orientis occidentis partibus: vna atq̧ eadem seruabatur.

¶Capitulum septimum. de profectione helene in hierusalem et viuifice crucis ligni atq̧ tituli inuentione.



Eridem tempus. Helena constantini mater femina incomparabili fide: et religione animi ac magnificentia singulari cuius vere Constantinus cum esset filius: et crederetur: diuinis ammonita visionibus. Hierosolyma̅ petit atq̧ ibi locum in quo sacro sanctu̅ corpus christi patibulo affixum pependerat ab icolis perquirit. Qui idcirco ad inueniendum difficilis erat q͞ ab antiquis persecutoribus simulachru̅ in eo veneris fuerat defixum vt si quis christianorum in loco christum adorare voluisset venere̅ videretur adorare. Et ob hoc infrequens et pene obliuioni datus fuerat locus. Sed cum vt supra diximus religiosa femina properasset ad locu̅ celesti sibi iudicio designatum cuncta ex eo prophana et polluta deturbans in alium purgatis ruderibus tres confuso ordine reperitur cruces.

¶Sed obturbabat reperti muneris: leticiam vniuscuiusq̧ crucis indiscreta proprietas. Aderat quidem et titulus ille q̄ grecis et latinis atq̧ hebraicis litteris a pylato fuerat co̅script⁹ Sed nec ipse satis euidenter dominici prodebat signa patibuli. Hic iam humane ambiguitatis in certum diuinu̅ flagitat testimonium. Accidit in eadem vrbe primariam quandam loci illi⁹ femineam graui egritudine confectam semineccem iacere. Macharius per idem tempus ecclesie illius episcopus erat. His vbi cunctantem reginam atq̧ omnes pariter qui adera̅t videt afferte huc inquit totas que reperte sunt cruces: et que sit que portauerit dominum nu̅c nobis aperiet deus. Et ingressus cum regina pariter et pplis ad ea̅ q̄ decu̅bebat defixis genibus huiuscemodi ad deu̅ p̄cem p͞fudit.

Ide̅ in hysto. tripti ta lib. ij. cap. xviij. E. F.

¶Cap. viij. d miraculo hierosolymis facto q̄ crux dn̄i ab alijs crucibus fuit euide̅ter distincta.



Tu domine qui per vnigenitu̅ filium tuum salute̅ generi humano per passionem crucis co̅ferre dignatus es: et nunc in nouissimis te̅poribus aspirasti in corde ancille tue perquirere lignum beatu̅ in quo salus nostra pepe̅dit oste̅de euidenter ex his tribus que crux fuerit ad dominicam gl'ia̅ vel que extiterint ad seruile supplicium vt hec mulier que semiuiua decumbit statim vt eam lignum salutare co̅tigerit: a mortis ianuis reuocetur ad vitam. ¶Et cum hoc dixisset adhibuit primo vna̅ ex tribus et nihil p͞fecit. Adhibuit secundam nec sic quidem aliquid actu̅ est. Ut vero admouit tertiam repente apertis oculis mulier consurrexit.

Ide̅ in hysto. tripti ta libr. ij. cap. xviij. F.

Et stabilitate virium recepta
alacrior multo ꝙ dum sana fue-
rat tota domo discurrere ⁊ ma-
gnificare domini potentiam ce-
pit. Sic euidenti indico regina
voti compos effecta templũ mi-
rificum in eo loco in quo crucez
repererat regia ambitione con-
struxit. Clauos quibus corpus
dominicuz fuerat affixum por-
tat ad filium. Ex quibus ille fre-
nos composuit quibus vteref
ad bellum. Et ex alijs galeam
nichilominus belli vsibus ap-
tam fertur armasse. Ligni vero
ipsius salutaris partem detulit
filio: parent vero thecis argen-
theis conditam dereliquit: in
loco que etiam nunc ad memo-
riam sollicita veneratiõe serua-
tur. Reliquit etiam hoc indiciũ
religiosi animi regina venera-
bilis. Virginesquas ibi reperit
deo sacratas inuitasse ad pran-
dium: ⁊ tanta eas deuotione cu-
rasse dicitur vt indignum crede-
ret, si famulorum vteretur offi-
cijs. Sed ipsa manibus suis fa-
mule habitu succincta cibuz ap-
poneret poculum porrigeret a-
quam manibus infunderet. Et
regina orbis ac mater impij fa-
mularum christi se famulaz de-
putaret. Hec quidem hierosoly-
mis gesta.

Idem tangit in hystoria tripti-ta. lib. ij. cap. xviij. G.

¶ Caplm. ix. quomodo constã-
tinus omnes gentes barbarios
vincebat occultũ religionis.



INterea cõstã-
tinus pietate frer⁹
Sarmatas gothos
aliasq barbaras na
tiones: ... si que vel amicitijs vł
deditiõe sui pacẽ preuenerant i
solo ꝓprio armis edomuit. Et
quãto magis se religio... us deo
subiecerat tanto amplius ei de⁹
vniuersa subdebat. Ad ãthoniũ
q̃ȝ primũ herenu habitatorẽ ve
lut ad vnũ ex ꝓphetis lr̃as sup
pliciter mitti vi pro se ac liberis
suis dño supplicaret. Ita nõ so-
lum meritis suis ac religiõe ma
tris: sed ⁊ intercessio ne sanctoꝝ
commendabilem se deo fieri ge
stiebat. Sane qm̃ tanti viri an-
thonij fecimus mentionẽ de vir
tutibus eius atq institutis ⁊ so
brietate mentis vt in solitudine
vitam degens vsus soluz modo
consortio fuerit bestiaꝝ: ⁊ de de
monibus crebros agens trium
phos placuerit deo supra cun-
ctos mortales: et que institutio
nis sue preclara vsq in hodier-
num monachis exempla reliq̃-
rit volentem me aliqua expone
re. ille libell⁹ exclusit q̇ ab Atha
nasio scriptus etiã latino ſmo-
ne editus est. Propter qd nos
(omissis his q̃ ab alijs iaz dicta
sunt) ea memorabimus que ꝙ-
uis gestoruz contineat fides ab
his tamẽ qui longe positi sunt
obscurior fama subtraxit.

De antonio & hysto. triptita. li. j. ca. xj. d. e. f.

¶ Caplm x. de captiuitate fru-
menti ⁊ edisij: et de conuersione
Iudeorum per eos facta.



INter ea diuisione orbis terre q̃
ad predicandũ ver
buz dei sorte ꝑ apo
stolos celebrata est cũ alie alijs
prouincie obuenissent Thome
parthia et mattheo ethiopia ei
q adherẽs citerior idia bartho
lomeo dr̃ sorte decreta. Inter ꝙ
ꝑthiãq media: sȝ lõgo iterior tra
ctu idia vlterior iacet multis varijsq
liguis ⁊ gẽtib⁹ hitata. quã velut
lõge remotã: null⁹ apl̃ice ꝑdica
tionis vomer impresserat. Que tñ
tẽpibus ꝯstãtini tali q̃dã ex cã se
mia fidei pria suscepit. M... ro-
dor⁹ q̃dẽ phus ispiciẽdoꝝ locoꝝ
⁊ orb' ꝑscrutãdi gr̃a vlterior dr̃
idiã penetrasse. cui⁹ exẽplo mu...
tat... ... meropi⁹ q̃dã tyrius phs
simili ex causa adire Indiaz vo
luit habẽs secum duos pueru-

hos quos liberalib⁹ lr̄is vtpote pꝛopin quos instituebat Quoꝝ vnus q̇ erat iu nioꝛ.Edisius alter frumenti⁹ vocabat. Igit perusis ⁊ in noticiā captis his q̇= bus animus pascebat cū phus redire cepisset aque vel ceteroꝝ necessarioꝛuz causa:ad poꝛtū quendā nauis qua ve= hebat applicuit.Moꝛis est inibi barba roꝝ:vt si qñ fedus sibi cum Romanis turbatū vicine nūciauerint gentes oēs q̇ apud eos ex romanis inuenti fuerint indulgent.Inuadit nauis phi:cūcti cū ip̄o pariter perimunt.Pueruli reperti sub arboꝛe mediātes:⁊ lectiones suas parentes barbaroꝝ miseratione serua ti ducunt ad regem.Hoꝝ ille alterū id est Edisium sibi pincernā fecit ⁊ frumē tio ṽo quem quasi perspicacem depꝑhē derat ⁊ pꝛudētem rōnes suas scriniaq; commisit.Ex quo et in honoꝛe magno apud regē habiti sunt ⁊ in amoꝛe.At ve ro moꝛiens rex vxoꝛem cū paruo filio re gni reliquit heredē.Adolescentib⁹ aūt quid vellent agendi dedit liberā facul= tatem.Quos tñ regina suppliciter exo rat tanq̄ q̄ nihil haberet in toto regno fidelius vt secū vsquequo adolesceret filius regēdi regni sollicitudinē parti= rent.Et p̄cipue frumentium cuius pꝛu dentia admoderandū sufficeret regnū. Nam alius fidem purā ⁊ sobꝛiam men tem simpl'r exhibebat.Idq; dū agerēt ⁊ regni gubernacula.Frumenti⁹ habe ret in manibus:deo mentē eius ⁊ alos instigante requirere soliciti⁹ cepit si q̇ inter negociatoꝛes romanos chꝛistiani essent ⁊ ipsis potestatem maximā dare ac monere vt cōuenticula ꝑ loca singu= la facerent ad q̄ Romano ritu oꝛatiōis causa ꝯfluerent.Sed ⁊ ipse multo ma= gis eadē facere:⁊ ita ceteros cohoꝛtari fauoꝛe ⁊ beneficijs inuitare:pꝛestare qc qd opoꝛtunū fuisset loca edificijs alia= q; necessaria pꝛebere:⁊ omni modo ge= stire:vt chꝛistianoꝝ inibi semen exurge ret.Sed cum adoleuisset regius puer: cui ꝓcurationem regni ipsi⁹ gerebant expletis oibus ⁊ ex fide traditis multū licet detinentibus ⁊ rogantibus vt ma nerent regina vel filio ad oꝛbem tñ no strum denuo reuertuntur.Et edisio fe stinante Tyꝛum parētes ꝓpinquosq; reuisere.Frumētius alexandriam per git dicens equum nō esse opus occulta te dñicum.Igitur rem oēz:vt gesta est exponit.Episcopum admonet vt ꝓui= deat virum aliquem dignū quem con= gregatis iam plurimis chꝛistianis ⁊ ec clesijs ꝯstructis in barbarico solo epi= scopum mittat.Tum ṽo athanasi⁹(nā his nuper sacerdotium susceperat)at= tentius ⁊ pꝛopensius frumētij dicta ge staq; considerās in consilio sacerdotuz ait.Et quē aliū inueniemus virum ta= lem in quo sit sp̄us dei in ip̄o sicut in te qui hoc ita possit iplere.Et tradito ei sacerdotio redire eum cum domini gra tia vnde venerat iubet.Quiq; cum epi scopus perrexisset ad Indiam tanta ei data esse adeo virtutum gratia dicitur vt signa per eum apostolica fierent ⁊ in finitus numerus barbaroꝝ conuertere tur ad fidem.Ex quo in Indie partib⁹ ⁊ populi chꝛistianoꝝ ⁊ eccl'ie facte sunt ⁊ sacerdotium cepit.Que nos ita gesta non opinione vulgi sed ip̄o.Edisio tyꝛi pꝛesbytero postmodum facto qui fru= menti comes pꝛius fuerat referente co gnouimus.

¶Capitulū.xj.De cōuersiōe hebꝛeoꝝ per captiuam mulierem facta.



Er idē tē= pus etiam hiberoꝛū gens que sub axe pō tico iacet verbi dei fe dera ⁊ fidez futuri su scepit regni.Sed hu ius tāti boni pꝛesti= tit causam mulier q̄dā captiua:q̄ apud eos reperta cū fidelem satis ⁊ sobꝛiam ac pudicam duceret vitam totisq; die= bus ac noctib⁹ obsecratiōes deo ꝑuigi les exhiberet in ammiratione esse ipsa rei nouitas barbaris cepit.Et q̄d hoc sibi velit curiosius ꝑquirebāt.Illa vt res erat simpliciter xp̄m se deū hoc ri= tu colere fatebatur.Nihil ex hoc am= plius barbari pꝛeter nouitatē nominis mirabantur. Uerum vt fieri solet ipsa perseuerantia curiositatem quandam mulierculis inferebat:si quid emolu= menti

menti ex tanta deuotione caperet. Moris apud eos esse dicit vt paruulus si egrotet circumferat a matre per singulas domus quo scilicet si qui experti aliquid remedij nouerint conferant laboranti. Cūq mulier quedā paruulū suū per omnes circumtulisset ex more nec aliquid remedij cunctas domos lustrādo cepisset venit etiam ad captiuā: vt si quid sciret ostēderet. Illa se humani quidem remedij nihil scire testat: deum tn̄ suum xp̄m quem colebat dare ei desperatam ab hominibus salutē posse confirmat. Cūq cilicio suo superposuisset paruulum atq ipsa desuper orationē fudisset ad dominum sanum matri reddit infantem. Sermo defertur ad plures: factiq fama magnifici vsq ad aures regine perlabitur.

¶ Que dolore quodam grauissimo corporis afflicta: in desperatiōe maxima erat. Rogat ad se captiuā deduci. Illa ire abnuit ne presumeret amplius aliquid q̄ sexus sinere videretur.

¶ Ipsa se regina deferri ad captiue cellulā iubet. Quam similiter supra cilitiū suū posita inuocato xp̄i nōie continuo post p̄cem sanā et alacrem fecit exurgere: xp̄mq esse deum dei summi filium qui salutem hanc contulerit docet: eiq quē sibi auctorē sue sciret esse incolumitatis: et vite commonet inuocandū. Ip̄z namq esse: qui et regibus regna distribuat et mortalib⁹ vitam. At illa cum leticia domū regressa marito percūctāti causam tā subite sanitatis aperuit: q̄q cum p̄ salute coniugis let⁹ mulieri munera deferri iuberet: illa horū inquit o rex nihil captiua dignat. Aurum despicit argentuz respuit ieiunio quasi cibo pascitur: hoc solum ei muneris dabimus si eum qui me illa inuocāte sanauit. Christum deuz colam⁹. Ad hec tūc rex segnior fuit et interim distulit sepi⁹ licet ab vxore commonitus. donec accidit quandā die venante eo in siluis cuz comitib⁹ suis obscurari densissimis tenebris diem et per terre noctis horrorē luce subducta iter gressibus denegarit Alius alio diuersi ex comitibus oberrant ip̄e solus densissimā obscuritate circundatus quid ageret quo⁹ se verteret nesciebat: cum repente anxios salutis desperatione animos cogitatio talis assēdit: Si vere deus est christus ille quē vxori sue captiua predixerat nunc se de his tenebris liberet vt ipsum ex hoc omissis omnibus coleret. Ilico vt hoc nondū verbo sed sola mente deuouerat reddita mūdo dies regē ad vrbē p̄ducit incolumen. Quiq regine rē protin⁹ vt gesta est pandit: euocari iam iamq captiuā et colendi ritum vt sibi tradat exposcit: nec se vltra alium deū q̄ christū veneraturum esse confirmat. Adest captiua edocet dominum christū: supplicandi ritum venerandiq modū inquātum de his aperire femine fas erat pādit. Fabricari tamen ecclesiam monet formamq describit. Igitur rex totius gentis populo conuocato rez ab initio que erga se ac reginam gesta fuerāt exponit: fidemq edocet: et nōdū initiatus in sacris fit sue gentis apostolus. Credunt viri per regez femine per reginā. Cunctisq idem volentibus ecclesia extruitur instanter: et eleuato iam pernici ter murorum ambitu t̄ps erat quo columne collocari deberent. Cūq erecta prima et secūda ventū fuisset ad tertiaz consumptis oibus machinis et bonum hominūq viribus cū media iaz in oblīquū fuisset erecta: et pars reliqua nullis machinis erigeret repetitis scdo et tertio ac sepi⁹ virib⁹ ne loco q̄dē moueri attritis oibus potuit. Admiratio erat totius pp̄li regis animositas hebescebat: q̄d fieri deberet oēs simul latebat. Sed cū interuētu noctis oēs abscessissent cunctiq mortales ex ip̄a opera cessarent: captiua sola in oratione pernoctans: māsit intrinsecus. Cū ecce matutinus et anxius cuz suis oibus ingredit rex: videt columnam quam tot machine et tot populi mouere non quiuerant erectam et super basim suam librate suspensam nec tamen superpositam sed quantuz vnius pedis spacio in aere pēdentem. Tum vero omnes populi contuentes et magnificantes deum veram esse regis fidem et captiue religionem: presentis miraculi testimonia perhibe-

bant. Et ecce mirantibus adhuc et stupentibus cunctis: in oculis eorum sensim super basim suam nullo contingente columna deposita summa cum libratione consedit. Post hec reliquus numerus columnarum tanta facilitate suspensus est vt omnes que superfuerant ipsa die locarentur. Postea vero quam ecclesia magnifice constructa est: et populi fidei maiore ardore sitiebant: captiue monitis ad imperatorem Constantinum totius gentis legatio mittitur. Regis gesta exponitur sacerdotes mittere exoratur: qui ceptum erga se dei munus implerent. Quibus ille cum omni gaudio et honore transmissis. multo amplius ex hoc letatus est: quam si incognitas Romano imperio gentes et regna ignota iunxisset. Hec nobis ita gesta fidelissimus vir Bacurius gentis ipsius rex: et apud nos domesticorum comes cui summa erat cura: et religionis et veritatis exposuit cum nobiscum Palestini tunc limitis dux in hierosolymis satis vnanimiter degereret. Sed ad ceptum redeamus.

¶ Capitulum. xij. de Constantia sorore Constantini et presbytero per eum fratri suo commendato: qui post mortem Constantini constantia insinuauit vt arrium reuocaret.

Postea quam religiosi principis mater Helena summis Romani regni honoribus affecta ex hac luce decessit Constantia tunc Licinij derelicta fratris augusti solatijs vtebatur. Huic accidit presbyterum quendam venire in noticiam latenter partibus Arrij fauentem. Sed his primo nihil omnino de his apud sororem principis aperire. Vbi vero multa familiaritas copiam tribuit: paulatim sermonem cepit aspergere inuidiam dicens Arrio generatam: et pro simultatibus priuatis episcopum suum rem contentiose exagitauisse: emulationis stimulo confixum quod Arrius apud plebem satis carus haberetur. Hec atque huiusmodi alia frequentius suggerens animos constantie suos efficit. Que cum diem obitura visitaretur a fratre atque ab eo blande religioseque compelleretur extremam dicitur ab eo gratiam poposcisse: vt presbyterum in familiaritate reciperet: et que sibi ab eo pro spe et salute suggererentur audiret Si quidam iam ex luce discedentem nihil curare: pro fratris vero statu esse sollicitam ne forte pro innocentium penis regni sui pateretur excidium. ¶ Quibus ille monitis a sorore susceptis: et fidelem pro se germane sollicitudinem credens accommodauit aurem presbytero: et interim accersiri de exilio Arrium iubet: vt quemadmodum de fide sentiret exponeret. Cum ille fidem conscripsit: que non quidem sensum nostrum: tamen verba nostra continere professionemque videretur. Miratus quidem est Imperator: et putauit vnam eandemque in ipsius et concilij dudum gesti expositione sententiam contineri. Tamen in nullo relaxat animi vigorem: sed rursus eum ad concilij remittit examen. Quoniam quidem ad dedicationem hierosolimorum ex omni orbe coire sacerdotes inuitabantur hec ad eos de nomine eius scribens vt si expositionem fidei eius probarent et eum vel per inuidiam: vt asserebat tunc circumuentum dinoscerent: vel nunc ab errore correptum clementi erga ipsum iudicio vterentur: quando quidem tanta fuerit concilij moderatio vt non in personam eius sed in dogmatum prauitatem fuerit lata sententia: si tamen et episcopi eius alexandri accommodaretur assensus. Sed et ab ijs quidem qui primo ceptis eius fauentes cum simulatione subscripserant: facile receptus est cum vero alexandriam perrexisset ibi omne eius frustratur inceptum. Quoniamquidem dolis apud ignorantes locus est scientibus vero: dolum intendere non aliud est quam risum mouere. Interea dum hec apud alexandriam frustra agitantur: venerabilis Augustus constantinus in suburbana villa Nicomedie tricesimo et primo imperij sui anno diem functus est: liberis de successione Romani orbis testamento heredibus scriptis. Quo in tempore (quo-

niam quidem constantinus cui
otientis regnum decreuerat p̄-
sens nō erat) dicitur secreto ac-
cersiens presbyterum quem a so
rore commendatum supradixi-
mus: et ex inde familiariter ha
bitum tradidisse ei testamentū
quod scripserat: et obtestatus sub
sacramento ne vlli nisi constan
tio cum venisset in manus trade
ret cui etiam quod eunuchi qui
erant in palatio fauebant: arte
inditio de imperatoris morte
suppresso vsque ad constantij pre
sentiam: multis noua temptan
tibus oppressis: restituta inte-
Idē in graque mansere. Cumvero Con-
hysto. stantius affuisset: depositū pres
triper. byter restituit. Cuius beneficij
li. viij. gratia imperator regni cupidus
cap. j. et ita et deuinctus est: vt qui im-
cap. v. perare cunctis ambierit: ab illo
sibi imperari equanimiter pate
retur. Ex quo deuincto sibi im-
peratore cepit de arrij restitutio
ne suggerere et nolentes acquie
scere sacerdotes vti cogere per
suadere.

Capitulum .xiij. quomodo euse bius propter constantij familia ritatem nitebatur reuocare. ir- ritum gesta cōcilij: et cogere ale xandrum alexandrie episcopum vt arrium susciperet.


EA tēpestate apud alexā driā alexander: in hierosolymis maximus confes sor: apud Cōstā tinopolim eque alexander vt ex athanasij scriptis comperimus sacerdotio fungebantur. Sed eusebius qui apud Nicomediā erat de cuius simulatione in sub scribēdo supradiximus: amplā occasionem temporis nactus et principi per presbyterum fami liaris effectus reuoluere omnia atque in irritum reuocare concilij gesta molitur. Arrium nequaquam apud alexandriam commorantem venire facit: et imperialibus edictis concilium denuo constā tinopoli conuocari: quo conue- nire illi maxime qui arrium at- que Eusebium sectabantur: quique sepe cum alexandro cōgressi vt arrium susciperet: nec tamen ali quid proficiētes ne ab iniurijs
quidem eius temperabant. Ad Idē in
vltimum certam ei diem statuē hysto.
tes denunciant: vt aut ipse ar- tripti.
rium susciperet: aut si remittere lib. iij.
tur: si ecclesia pulso et exiliū tru- ca. x.
so: ab alio eum suscipiēdum sci-
